1238. I. N. 6. 2. L.

Sag. 8. II. 1921. Pirjevec

2°

Hain 14063

Ad Reuerendum D. Nicolaũ Perottum Pót. Sypontinum p A. Sabinũ Poe. Lau. paradoxa in Iuuenali incipiũt fęliciter.

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

On indignum esse arbitror Reuerẽde domine ad te ipsum scripta nostra dirigere qui uirtute ingenii eum dignitatis gradum conscendisti ut magis poetica facultas tanto uiro q̃ ipse laurea per Diuũ cęsarem augustum Fredericum uertici tuo quódam imposita ornatus fueris Equidẽ nullo pacto probare possum eos ipsos qui scripta plerunq; sua potẽtibus diuitibusq; principibus sed ignaris dicare solent spe q̃dã mercedis inducti nã sic musas ipsas pudicitia & moꝝ sanctitate conspicuas ĩ quęstu pro meretricibus sedere cogunt quę ut Horatius inquit non nisi lotis manibus contingi deberent o uiros prophanos o de humanitatis studio male meritos sed ipi quoq; nonnunq̃ scriptores harenę semina mandauerunt & eoꝝ operatineis corrosa cum ipsis pereunt quippe quę tanq̃ res inanis & diuitibus ipsis incognita in aliquo aulę loco tanq̃ in fimo relĩ quũtur. ipse uero non spe præmii inductus. R. D. Vestrę nostrum cõstitui opus deuouere quę libros torpescere & situ uel sorde aliqua squalere non permittit Assidue enim licet maioribus negotiis & regimine patrimonii impeditus lectitas & Catonem imitaris qui in senatum Homeꝝ uel Hesiodum quotiẽs a consiliis cessaret deferens lectitabat uel Iulium cæsarem in castris qui quanq̃ militaribus studus detentus statutam tñ horã litteris repetebat Satis proemii mihi datum duxero si uiro doctissimo & honore poetico ornato aliquid placiturum 9scripsero Igitur cum per aeris intemperiem ab urbe Roma ĩ Sabinos cures me recepissem heroidibusq; Nasonis poetæ inclyti heroas respondentes facerem Venit ad me uir quidam religiosus cognomine ut dicebant Praxiteles sancti Francisci ordinis quędã in Iuuenali per difficilia loca interpretari poscens Is quanq̃m Guarini Veronẽsis Caroliq; Arretini discipulum se profitebat tamen nescio quo cornuti cõmentario magis frętus cæteris omnibus melius se Iuuenalem intelligere suisq; sentẽtiis reclamare nec quenq̃ posse existimabat Cuius hominis præsentiam cũ pro religione et more in omnes meo uenerarer nec indignum nostra responsione facere uolui. Auctoritate ergo summorum historiographoꝝ diuinorũq; poetarum adeo omnes ipsius simul et cornuti opiniones oppugnaui et confutaui ut se igni datuꝝ

cornutum ipsum polliceretur si quas opiniones ipse attulissem litteris mandarem Ego quoniam uidebam menti ipsius opiniones nostras hęrere ut morem gererem me scripturus promisi. QVare R. D. ex uariis summisq; auctoribus diuinas quasdaꝫ admirabilesq; sentētias collegi ideoq; paradoxa dici uolui quas ad D. V. impresentiarum mitto Cui tantum equidem tribuo ut si ipse confirmaueris non alius quicq̄ obiicere possit nostꝝq; opꝰ neq; enim uirtute ingenii mei sed summorū uirorū auctoritate mihi placeo nullo pacto ꝑituꝝ uideat sed iā rē aggrediamur.

Ad Reuerendum D. Nicolaum Perottum Pont. Sypontinū ꝑ A. Sabinū Poe. Lau. paradoxa in Iuuenali incipiunt fęliciter.

Cripseram olim ut tibi R. D. notum est paradoxa in Iuuenale necnon postq̄ me in Vrbem Romam recæpi eius poetæ lectōem aggressus fui in q̄ multa memoratu digna & plerisq; incognita uisus sū explicasse quæ omnia quæsita diu cum tandē in inuidi hominis manus deuenissent. eiusdem auctoris lectionem inuasit nanq; aliter licet temerarius nequaquā legere potuisset. Itaq; ex alienis laboribus expositionem tanti auctoris excæpit ac litteris mandare ausus fuit hanc cum quidā ex cōmunibus auditoribus ad me tulisset agnosceremq; mearum arboꝝ fructus dolui sane ac debui QVin impressoribus opus meum cōmittendū censui ut poma quæ ille ex agris meis surripuisset omnibus paterent pariterq; ea quæ sterilis eius cāpus atq; arbor produxisset apparerent. conatur enim suis ineptis opinionibus fructus meos inficere & ꝑ suis recitare. QVare opꝰ fuit ut altius multa repeterem eiusq; scripta cōfutarem & errasse in plerisq; ostenderem. ad iudiciumq; tuum referrem quo nullum unq̄ eisdem de rebus dignius existimaui. Vale & quod recte scriptū erit tutari non desinas &c.

Emper ego| Non possum nó mirari pater optime istius Cornuti quem ais negligentiam qui Iuuenalem uult alios dum de se loquitur reprehendentē nā huius hereseos p̄ceptores nę intelligendo faciunt ut nihil intellegant & ex insanis auditores prorsus stultos faciūt qñ ex Horatio satis p̄cipi pót nó decere alios priusq̄ se Satyros poetas reprēdere. Ita. n. inqt in sermonib9. Cum tua non uideas oculis mala lippus inunctis.
Cur in amicorum uitiis tam cernis acutum.
Idem Persius dixit. Vt nemo in sese tentat descendere. Nam quemadmodum Phalaris Tyrānus Celostrato castiganti respondit. Carere debet omni uitio qui in alieno paratus est dicere. QVamobrem se prius Iuuenalis reprehendit q̄ semper tantū auditor fuerit eorum poetarum a quibus omne qđ scripserāt percæpisse poterat atq; nil aliud a summo minimoq; poeta quā qđ audiuit scribatur ipse quoq; nec aliquid scribat sed semp audiat dignū se reprēsióe iudicat q̄re inqt| nūq̄ ne reponā|i. núqd ne aliq̄d scribam. in quo uerbo uim græcam seruauit ut Homerus επι γουναςι εικα .i. posui uel scripsi sic Martialis Et totū mihi núc repono qcquid terdenos uigilaueram p̄ annos Pomponius autem Porphyrio inquit Scriptores cum primum in scænā prodirent benigne excipi solitos ut si male ęgissent iterum ad scribendum animi allicerentur. Vnde Horatius in arte poetica. Scriptor honoratum siquando reponis Achillem.
Nec desunt qui aliter exponant sed uisis omnibus hæc prę̄stat sententia. apud Virgilium legimus QValem meruit pallanta repono. i. reddo. ut sit reponam. i. par pari reddā. QVi uero reponere pro resarcire interpretatur ridiculus est. quasi Iuue. resarctorem fuisse ostenderit. sed quid mirum cum reponam repetēdum asserat usq; ad nota magis domus & ordinē constructionis ignorat. PRA. Cur ergo mi Sabine Rauci Codri dixit nisi alios poetas reprehēderet. SAB. Raucum dicimus etiam bene sonantem Virgilius. Et Rauci per stagna loquacia Cycni. QVamuis Seruius pessimam uocem hic significare dicat: sed nó placet neq; enim auderet Codrum diuinum poetā mordere đ quo Virgilius in Bucolico Nymphę noster amor Libetrides Aut mihi carmen QVale meo Codro concedite Proxima Phoebi uersibus ille facit. Et ipse Iuuenalis lectus erat Codro procula minor

persius phalaris — Phalaris Tyrannus Celostrato.
Homerus — Martialis
Horatius in arte poetica
Virgilius
Ridiculus
Codrus
Raucus
Sabinus negligis
Seruius
Virgilius in bucolicis
Libetrides
Iuuenalis

Vrceoli ſex ornamentū Abachi & ſubdit. |diuina opici rodebāt carmina mures. Fuit & alius Codrus tempore Iuuenalis ď quo Martialis loquitur. Plus credat nemo q̄ tota codrus in urbe. Cum ſit tam piuper quomodo cæcus amat. ſed hic non ſcripſit Theſeida. dicit ergo ſe reprehenſione dignum quando totiens fabula Theſei hinc & inde audienda uexatus nihil didiciſſe uidetur. Ideo nec Codrū recitatorem licet Rauci dicat intelligamus quando et ſonare etiam ſcriptores dicuntur. unď Naſo poeta in libro de triſtibus. Bella ſonent alii quāto licet ore tu aſq̄. &c. Interdum tamen ſcriptores ſua opa recitabant. PRA. Placet quidem mihi ſed quid reſpondes cum dicit|impune|quod ſignificat ſine p̄na impune id ē ut ego non reprehendā. SAB. bene arguis ſed impune aliquando eſt ut hoc loco ſine effectu & utilitate ſic Apuleius impune capitolium aſcendi cum nemo eſſet qui ſentētiam diceret .i. ſine utilitate & Horat. in epiſtolis optarem patulas impune legentibus aures. quidam p̄ paſſim ſtulte interp̄tať q̄uis hoc loco Iuue. dicere liceret|impune|id ē ut ego me non reprehendam. qď autem dicit ingēs Thelephus & plena iam margine libri non ad ſcriptor̄ dedecuſ ſed ad ſui reprehenſionem dictum eſt q̄ſi ex operum magnitudine nil didiciſſe uideatur. |Togatę|Comedię Togatę pretextę tabernariæ Athellanicæ Rhintonicę a rhintone auctore quo p̄ loq̄ci utiť Varro. De Theſeo Diodor9 & alii ſcripſerūt ſimiliter ď Thelepho & Oreſte ego quę magis incognita ſunt ſequor .PRA. QVonam modo dicis Iuuenalem ſe reprehendere qui utrāq; philoſophiam phiſicam & ethicam uidetur profiteri Tartariq; & occultarum rerum notitiam ſe adeptum quando uulcani antrum & uentorum qualitates ac p̄narum in tartaro differentias ſe ſcire proponit cum dicit|nota magis nulli &c| SAB. Neq; aſſentior iſtis ignorantiæ torcularibus qď enim ad fabulas referendum iſti ad altam p̄ſcrutationē & ſcientiam referunt nam talis huius poetę eſt ſenſus Cum tantum temporis in audiendis fabulis cō ſumſerim ueriſimile eſt me eas optime accepiſſe & noſſe ita ut nulli magis domus ſua ſit nota q̄ hęc ipa mihi quare dignum me reprehenſione iudico q̄m nihil a me ſcribitur nec ſe certe ſapiētem ſed ignorantē potius declarare intendit cum dicat ſi natura negat facit indignatio uerſum qualemcunq; poteſt. Hac igitur ratione uſus eſt poeta cum omnes tam indocti q̄ docti ſcribant & ea tantum quæ mihi notiora ſunt q̄ alicui domus ſua cur nō

& ego etiam tam & si indoctus sum aliquid q̃uis periturum scri
bere magis q̃ semper audire debeã. quod uero illa quæ quotidie
poetę illi proclamant sibi nota esse debeant Platani Frontonis
ostendunt & omnem arrogantiam abiiciunt nec non eiusdẽ do
mus columnę quæ crebra recitatione cõfractæ eiusmodi omnia
referunt & reclamant quin & marmorea sedilia quæ assidua lec
tione cõuulsa id idem retundunt ac ipsa eadem quæ illi dicunt
se scire designant cur nõ & ego inquit qui semper auditor fui
ista etiã optime pernoscere d̃beam. PRA. Hęret mihi hęc sen
tentia sed Lucus Martis qui Areopagus intelligit ex quo sig
nificatur sũma sapientia uidet contra te facere. SAB. Minime
nam neq; Areopagum sed Lucum Marti sacratum intelligo de
quo Iustinus ultimo Epitomatum libro inquit In illo Clausa
Rhea Numitoris filia duos pueros incertum stupro an Marte
conceptos enixa est. Et Dionysius Halycarnasius in antiquita
tum libro. QVarto deinde ãno inquit eunte in sacr̃ Lucũ Mar
tis Siluia aquę sacræ ferendæ gratia qua uti ad sacrificia debe
bat uim attulit. p quẽ Lucum historiã significat Romanã quæ
ab illis quotidie recitabatur quare sibi nota esse poterat nam et
alius Lucus Martis est apud Colchos. scd̃m quosdam licet tem
plum nõ Lucus a Diodoro illud dicat̃. sic etiã antrum uulcani
notum ei erat qd̃ ab ætna monte per subterraneos meatus ac
specus in Hierã usq; insulã esse phibet̃ uulcano sacr̃ de quo Vir
gilius viii. ẽñ. Insula Sicanium iuxta latus ęoliãq; erigitur Ly
parem spumantibus ardua saxis. QVã subter specus & cyclopum
ex esa caminis antra Aetnęa tonant ualidisq; incudibus ictus.
Est ergo rupibus æoliis uicinũ qa est ab ætna in Hierã insulã
iuxta latus Sicanium & Lyparẽ atq; Strongylẽ ubi reg ũ æoli
fuit. ait ergo nulli esse ita notã domũ suã sicut sibi fabulas q̃ de
Antro Vulcani recitant̃ a poetis ipsis similiter notas sibi esse
ostendit fabulas de Vlyxe scriptas qui a uentis in Siciliã est
reductus ac etiã æaci et Iasonis fabulas sibi notas declarat nec
non centauroꝝ. sed qd̃ hęc ipsa scire debeat p rationẽ a minori
sumpta uel p exẽplum cõprobat qñ iã Platanos Frontonis et
marmorea sedilia & columnas intellexisse asserit ait ergo obtu
sior ne sum marmoribus & Platanis nã si talia hæc ipsa sciũt lõ
ge magis & ego rõis capax scire debeo ruptæ lectore columnę
tale est quale illud Ouidii Et cantu quęrulæ rumpunt arbusta
cicadæ. PRA. Video Sabine istas opiniones singularib9 uiris

dignas & ipse fateor Cornutum non intellexisse. nam quid ob
scurius esse pót quā ea d̄ aliis intelligere quę de se poeta intel
ligat ac loquat̄ sic etiā Persius Nec fonte labra prolui Cabelli
no de seipso forsitā intellexit. SAB. Recte sentis eo enim mó
Persii p̄ncipiū ē interp̄tandum quo & Iuuenalis ut se ante oī a
rep̄hendant ut deinde alios liberius mordere possint. PRA.
QVis hic Monychus est ne Polyphemus an alius de gigātibus
ut meus cornutus ait. SAB. Non possum tēpare me a risu nā q̄s
dubitet Monychum nomē ꝓp̄um Centauri ex monos & Onyx
compositum quasi solus siue unicus unguis sit. pes enim erat ei
ut equis sed in ꝯpositione a primo nomine ultima aufertur syl
laba uidelicet noc & remanet mo cū o micro qd̄ breue est scd̄m
etiā nomē ab omicro incipit quę duo breuia cōiuncta ꝑ Synęre
sim unum. ω. mega conficiunt qd̄ longum ē unde ab homero scri
bitur μωρυξ cuius genitiuꝯ ē μωρυχος a quo poetę no
stri nomen ip̄m ꝓp̄um formauerunt hoc est Monychus cū p̄ma
longa. de quo Lucanus libro vi. Aspera te Pholoes frangētem
monyche saxa. Teq; sub oetheo torquentē uertice uulsas. Rho
ete ferox quas uix boreas iuerteret ornos. Sed Iuuenalis Mo
nychū torsisse ornos inquit uel quia uterq; frangere saxa & tor
quere ornos potuit uel monychum pro rhoeto posuit ut Virgi
lius teucrum ꝑ dardano philomenam pro progne pollucem pro
castore illud etiā nomē Homerus ꝑ epitheto equoꝝ posuit. v.
Iliados αυτω τεχ τειρη και ελαση μωρυχας ἵππους id est
si licet dicere unguiequinos equos. PRA. Placet mihi Dic
etiam quis hic frōto ē. SAB. Cornelius Tacitus scribit Iulium
Frontonē & Iulii grati fratrē tribunum militarē fuisse militas
seq; apud Othonē d̄ quo & Martialis inquit. Vota tui breuiter
si uis cognoscere marci. Clarum militię fronto togeq; decus.
Erat enim diues & ꝑ poematum recitatione hortos poetis com
modare solebat hunc Martialis alibi stoicum uocat. nec ipse po
eta fuit quāuis Plinius in epistolis Frōtonis cati oratoris nec
minus. A. Gelius alius frontonis meminerit nā Iuuenalis niti
tur ostendere poetas sui tēpis paupes fuisse igitur nó potuisset
hortos ꝯmodare in q̄bus Platoni & columnę marmoreę essent.
Romani autē diuites ut in Satyra Et spes & ratio hētur cum iā
poetis nihil ꝓrsus ꝯferrent ędes cōmodare solebant in q̄bus re
citare possent ut at si dulcedine famę succēsus recites maculonꝯ
ꝯmodat ędes. cum igitur inquit non alia poemata a docto uel

indocto poeta scribant q̃ quę rettulimus nā p Monychum cen
tauroꝝ fabulas notat & in his oēs ut etiā Plinius in epistolis
testat exerceant. ait enim expectes eadē a sūmo minimoq; poe
ta quid amplius restat nisi qđ ego aliquid scribere debeā q̃uis
ignarus sim & indoctus. unde ait & nos ergo subaudi scribamus
aliquid. & subdit | manum ferulæ subduximus | id est quo nā pac
to doctus esse ualeo qui manū a ferula id est disciplina subtraxi
est enim ferula flagelli genus quo pueroꝝ manus uapulare con
sueuerunt Horatius in sermōibus. nam ut ferula cedas meritū
maiora subire sed hic pro disciplina capitur dignuꝫ etiā uidetur
Caroli arretini ad Ciriacum uersus adiungere Ignorant docti
causas quęruntq; frequenter Vñ tibi eloquiū copia tāta tibi ē.
Nec certe immerito cum nil didicisse magistro. Dicas & ferulę
surripuisse manum. alii uero non diuidunt et | nos ergo manum
ferulę subduximus | quasi dicat nunquid & nos sub disciplina fu
imus & docti sumus significat autē se nō ꝓfecisse. PRA. Non
miror Iuuenalem uoluisse inter indoctos numerari qñ eos dāna
re uidet qui se iactabant tm̄ didicisse ꝙ essent non doctrina in
feriores eo sapienti uiro qui syllę consilium dedit ut depositis
dictature grauibus curis ad priuatam uitā se conferret. SAB.
Cum uenia dictum uelim non recte sentis. nam hoc simile Pha
laridi stultus Demoteles consuluit ut tyrannidē đponeret igit
neq; alios iactantes se poeta inducit sed de se loquit dicens se
ignaꝝ & disciplinā fugisse & inertē esse poetā qualis ille fuit q
syllæ consilium dedit đ quo poeta Cicero ꝓ Archia meminit di
cens Sylla cū Hispanos & Gallos donaret credo hunc petentē
repudiasset quē nos in contione uidimus cum ei libellum malus
poeta de populo subiecisset qđ epigrāma in eum fecisset tātum
alternis uersibus longiusculis statim ex his rebus quas tunc uē
debat iubere ei pręmium tribui sub ea cōditione nequid postea
scriberet qui sedulitatē mali poete duxerit aliquo tñ p̄mio dig
nam. hunc Manlius Theodorꝰ ut dictaturā deponeret syllę cō
suluisse refert qđ cum sylla faceret Iulius cęsar eum nescisse lit
teras ut Suetonius est auctor dixit. Iulius Capitolinus rusticū
quendā consuluisse dixit ergo mi Praxiteles ex his Iuuenalis
intentō aperit siquid ultra de sylla quęris lege Valerium antia
tem aliosq; permultos Nec me fugit aliū fuisse syllā a nerone in
Galliā narbonensem amotum ut auctor est Corne. tacit. đ quo
Sed ad senatum litteras misit de cęde syllæ plautiiq; haud cōfes

ſus uerum utriuſq; turbidum ingenium eſſe & ſibi in columitatē r.p. magna cura haberi decretę eo nomine ſupplicationes utq; Sylla et Plautius ſenatu mouerenē. hic tamen nō dormiuit priuatus: ſed interemptus eſt. et ſic promiſit aliquid ſe ſcribere debere. nam ſtultum ſe eſſe dixit ſi operi ſcribendo licet perituro perpciſſet & clemens fuiſſet. quę hiſtoria ſi non eſſet exponeremus ſyllę id ē nobis ſicut ſylla ſibi & eſſet ſenſus ignari ſumꝰ ſicut ſylla qui conſulens dictaturā deponēdam ſibi neſciſſe litteras dictus eſt. ita et nos ſumus. de cuius morte Plinius ait. age nunc exitus uitę eius omniū proſcriptoꝝ ab illo calamitate crudelior fuit erodente ſeipſo corpore & ſupplicia ſibi gignēte et qđ diſſimulauerit & ſuppręmo ſomnio eius ciuicum mortuꝰ quodammodo eſt credamus ob uno illo inuidiam ex quo quidam uolunt Iuuenalem alium eſſe cum dixit dormiret ut altū. & ſubdit Plinius. hoc tamen felicitati ſuę defuiſſe confeſſus eſt qđ capitolium non dedicauiſſet. Collige ex Mal. Theo. eum qui a Cicerone traditur malum poeta ſyllę cōſuliſſe & a ſylla donatū fuiſſe colligendum eſt ſimiliter ex Catullo Caluum poetam fuiſſe Vnđ. munus dat tibi ſylla litterator inquit. Sed qđ Mal. the. & Iulius Capitolinꝰ dicunt multa negant eſſe ipſorum opa quare melius aliter &c. nam ſi non ſunt ipſorum opera non reperitur quis alius dederit conſilium. alii dicunt nos declamātes ficto themate ſuaſimus ſyllę ut deponeret dictaturam et declamaſſe ad mediam fere ętatem poetam tradunt ſed male probant per Siconem polentoꝝ ut in multis aliis negligentē quidā uolunt Iuuenalem dicere|& nos ergo|.i.q hoc etiam qđ a Nerone cōpoſitum eſt ē mihi notum magis q̄m domus alicui &c. et uerſus ſunt Neronis qui dicebāt iam ſe euaſiſſe diſciplinam & imitari facta Herculis teſte Suetonio & ſic ſpiritum illius habebat q conſuluiſſe et iuſſiſſe traditur ſyllam deponere dictaturam ut quietus uiueret cum infeſtaretur a manibus proſcriptoruꝫ Vñ Martialis de Hercule. hic ſyllam iuſſit ponere regna trucē. PRA. Iam uideo cornutum meum ſomniaſſe ſed dic quæſo quid aruncа eſt. SAB. Neq; arbitror cornutum commentaria in Iuuenalem ſcribere potuiſſe cum longe ante magiſter Perſii fuerit niſi alius cornutus ſit cuius nulla fama eſt. Nā Q. Cornutus Tertulus conſul deſignatus fuit etiam Iuuenalis tempore ſed Aruncam Roccā Miſini nōnulli eſſe aiunt qñ & Virgiliꝰ inqt aruncі miſere patres ſidicinaq; iuxta ſidicinū. niteanū eē aiunt & ſeq

uiꝰ ĩ qt arũcos ausones appellari q testę strabõe cãpũ põtinũ ha
bitauere Festꝰ quoq; Pompeiꝰ Ausonẽ Vlyxis & Calypsꝰ filiũ
Aruncam condidisse asserit fuitq; aliquando Suessa nominata
Nam ut Liuius li. viii. inquit Arunci metu opidum deseruerũt
profugiq; cum coniugibus ac liberis Suessam commigrarũt quę
nunc Arunca appellata & libro viiii. Suessa eodem anno Colo
nia deducta fuerat Aruncorum. habes ergo omnem Iuuenalis
intentionem. reddit nunc rationem qualiter magis Satyram q̃
alium scribẽdi characterẽ sequatur PRA. QVis hic spado SAB.
Dindimum esse arbitror de quo loquitur Martialis & preserti
in epigrammate cum sene comeno uexat spado dindimus Eglen
Et iacet in medio sicca puella thoro. uiribus hic operi non ẽ hic
utilis annis Ergo sine effectu prurit uterq; labor. supplex ille
rogat pro se miserisq; duobus Hunc iuuenem facias hunc cythe
rea uirum. & alibi. in epigramate spadone cunctis PRA. QVor
sum hec meuia thuscum figat aprum SAB. QVantum ego sentio
Domitiani tempora carpit quibus indecẽter uirilia officia a mu
lieribus muliebria a uiris tractabantur unde Suetoniꝰ ait Nã
uenationes gladiatoresq; & noctibus ad lychnos nec uiroꝝ mo
do pugnas sed & feminaꝝ. per meuiam autem omnes similes in
tellige de q̃ etiã Mar. poeta locutus ẽ Dũ nõ uis leporẽ dũ nõ
uis carpe mullos. & plusq̃ patri meuia parcis Apro. oẽs igit̃ qđ
sibi non conuenit agentes damnant̃ Tuscum Aprum sic Martia
lis ad Priscum. Si te delectant animosa pericula tuscis. Tutior
est uirtus insidiamur apris PRA. Hunc tonsorem scio nã in or
thographia totellii licinum fuisse legi & ita ab omnibus doctis
uiris accepi qui libertinus Domitiani opibus omnes superabat
de quo Epigrãma ẽ Marmoreo tumulo licinus iacet at Cato par
uo Pompeius nullo credimꝰ esse deos SAB. Non ausim licinum
intelligi denegare qui forsan & tonsor fuerat ac nescio an de eo
horatius loquatur in arte poetica licet longe ante Iuuenalem.
Si tribus anticyris caput insanabile nunq̃ tonsori licino cõmise
rit neq; enim inconuenit ad ætatem usq; Iuuenalis uenere po
tuisse Alius fuit Larcius Lycinius de quo apud Plinium in epis
tola. uerum opinaris sed neq; fuit tonsor. apud Martialem. est
eius mentio Doctorum Lycini celeberrime summe uiroꝝ. erat
enim causidicus. & dicendi morẽ adinuenerat diuersum ut est in
Plinio. elegimꝰ tñ apđ Cor. tacitũ Licinum ꝓculum ĩtima fami
liaritate othonis cõiunctum de quo ait sed plurime fides lycino

Spado dindimus

Meuia

Tõsores tpe domitiani

Lycinius tonsor

ꝑculo prætorii præfecto is urbanę militiæ impiger bellorum insolens auctoritatem paulini uigorem cælsi maturitatem Galli ut cunq; erat criminando quod facilimum factū est prauus & callidus bonos & modestos anteibat exquo patritios Iuuenalis prouocari opibus dicere potuit cum libertini omnes ditissimi essent. uerum alii quidam Crispinum esse uolunt quem in sequenti uersu partem Niliacę plebis & uernam canopi appellat Sed ueritas historie hoc habet Antiochum tonsorem magnum in aula Domitiani fuisse de quo tñ Martialis in epigrāmate cōcludit. unus de cunctis animalibus hircus habetur barbatus iuuit ne ferat Antiochum. Alii cynnamū dicunt de quo Idē Mar. qui tonsor fueras tota notissimus urbe. Et post hoc domine munere factus eques. i. Rome lucrando. uerum Iu. loquit̄ de malo tonsore nāq; hic bona arte & labore ditatus est. & propterea in exilium missus in Thratiam alium ponit Martialis Eutropilus tonsor dum circuit ora luperci. Expungitq; genas altera barba subit. PRA. Nunquid si de Crispino legatur piscatorem illum intelligit de quo in satyra Ecce iterum loquitur & subdit Potuit fortasse minoris piscator q̄ piscis emi SAB. Eundē Crispinum intelligit sed non piscatorem nam quod Iuuenalis piscator dixit de eo qui uendit intelligendum est & nō de Crispino imo ne Crispinum piscatorem intelligeremus qui filius Neronis fuit de quo Suetonius in Neronis uita Crispinum inquit ex pompeia natum impubere adhuc quia ferebatur ducatꝰ & imperia ludere mergendi mari dum piscaretur seruis suis demādauit unum ex niliaca plebe ut uilem fuisse ostendit & seruum domi ex ancilla natum qui gręce εικοσερης dicitur. hic eni libertinus in aula principis potentissimus adeo excreuerat ut tyrias humero reuocante lacernas uentilaret. ē enim lacerna uestis genus nodo supra humeꝝ alligatæ de qua Martialis cærea si pendet lumbis extricta lacerna. & de eodē Crispino Nescit cui dederit tyriam Crispinus abollam. dum mutat cultus induit̄q; nouos. neq; de Centurione Crispino qui prætoriæ cohortis curam apud Claudium cęsarem habuit intelligamus nam ut Cornelius auctor est infensus principi Neroni interemptus est. dicit. n. idem Cornelius de eodem alibi interim ut piaculum obiicit̄ Centurio Crispinus sanguine capitonis cruentatus eoq; & postulātibus manifestior & puniēti uilior fuit. idē auctor memorat armā de Colonię hostiēsis curā uario Crispino tribuno e prætorianis

datam his quo magis uacuis quietis castris iussa exequeretur uehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario iubet hunc. ego puto Iuuenalem intelligere qui apud Othonem magnus & deinde apud Domitianum maximus fuit. d̄ quo Martialis Sic placidum uideas semper Crispine tonantem. nec te Roma minus q̄ tua Memphis amet | ęstiuū aurum | dicit poeta pro ueste aurata & gēmis plena nisi de annulis intelligas quod non dicitur per id qd̄ dicit uentilati. quod ē aliud q̄ uolutat in digitis annulum nisi uelis notare morē assyrie ubi singuli gestant ānulum. de quo lege Herodotum & Plini. de anulis estatis & hyemis. legimus preterea apud Apulegium uentilare pecunias itaq; etiam anulos uētilari intelligere posse licet Sed quod de ueste aurea diximus Lactantius ait de Dionisio Sicilie tyrāno qui post uictoriam gręcia potitꝰ deos contemsit spoliauit illusit siquidem sacrilegia sua iocularibꝰ dictis prosequebat̄. nam cum Ioui. Olympio aureum amictū detraxisset laneum iussit Imponi dicens æstate esse grauem aureum hyeme frigidum. laneū uero utriq; tempori aptum. hinc Iu. aurum æstiuum rep̄hendit PRA. Nihil est qd̄ magis mihi placeat q̄ hystorię cognitio ideoq; laudo expositionem tuam cum secundum hystorię uerita tem interpreteris sed quis hic matho fuit SAB. Nec sane mathonem nisi apud Martialem legisse memini. x. epigrāmaton. Omnia uis belle matho dicere dic alñ & bñ dic neutꝝ dic alñ male in xi. Parua rogas magnos sed non dant hæc quoq; magni Vt leuius doleas tu matho magna roga sat est ipsum causidicum fuisse ut Iu. ipse testat̄ & Martialis hospes eras nostri semper matho tyburtini ubi ostēdit eum declamatorem PRA. Iam uideo Iuuenalem nequaq̄ intelligi posse sine nominum ꝓprioꝝ cognitione ueꝝ difficilior ē dum non ponuntur Nam quem possumus intęlligere hunc magni amici delatorem licet cornutus meus heliodoꝝ fuisse asserat SAB Minie neq;. n. unq̄ legi heliodoꝝ nisi. in. Sa. credo pudicitiā. magistꝝ testiculoruꝫ ait. n. tōsoris tm̄ damno rapit heliodorus alius longe post fuit. uerum cum multi fuerunt delatores & amicis suis proditores legere licet apd̄ Cornelium tacitum quendam Fabium Romanum fuisse & Lucani amici sui patris delatorē sic. n. inqt Anneū lucanū grāde adiumētū claritudīs quo interfecto dū rē familiarē eiꝰ acriter reqrit accusatorē cōcinit fabiū romanū ex ītimis luca. amicis Idē quoq; auctor ex nobilibus multos interemptos refert per quod etiā

Tigillinus.
Pompeius falco
Pompeius heliano
Clementem arentinum

cito rapturus de nobilitate comesa quod superest declarat nec
desunt qui tigillinum multorum nobiliū delatorē fuisse p eundem
Cornelium asserant & presertim Fenii rufi QVidam illis tēpo
ribus accusatorem Pompeium Falconem somniant uerū infra
cum ait Iuuenalis pompeiꝰ tenui Iugulos de pompeio Heliano
loquitur & nō de Falcone sicut ipsi aiunt quin magni amici Im
peratori scilicet dicunt de Clemente Arentino etiam ineptissi
me neq; enim seruus delator lectica gestabat sed ipse Clemens
quando ait uis inquit hunc nequissimum seruum cras audiemus
Ipse tamen semper duxi ex ipsis accusatis Iuuenalem eundem
ostendere delatorem ex massa scilicet ac caro. PRA. quomodo
ex massa credis ne nomen esse proprium at cornutus meus mul
titudinem diuitum per massam intelligi ait SAB. Nil est stulti
us ista opinione quando nemini dubium est massam uirum illius
temporis fuisse q̄uis si interprætabimur teste Cassiodro furem
significabit de quo Martialis loquens ait. Hermogenes tantꝰ
mappaꝝ maxime fur est QVantus nūmorum uix puto massa fuit
Contra hunc autem Plinius nepos in epistolis se fatetur aduoca
tum fuisse cum dicit legati rursus inducti iterum me iam presen
tem aduocatum postulauerunt implorantes fidem meam quam
essent contra massam Bebium experti. & alibi. affui Beticis con
tra Bebium massam. Et Cornelius tacitus nec multo post ait Pi
so interficitur nanq; aderat qui nosceret Bebius massa procura
toribus affricæ iam tunc optimo cuiq; exitiosus & in causam
malorum quæ mox tulimus sæpius rediturus. Ipse quoq; Plini
us ait in epistola angor Senetionem aduocatum prouintie
Beticę contra Bebium massam ut bona eius publice custodiren
tur. Et subdit iniunctam nobis accusationem exequuti sumus
& ibidem uix tam conticueramus & massa questus Senetionem
non aduocati fidem sed inimicitia amaritudinem implesse. Ego
autem uereor inq̄ clarissimi consules ne mihi massa silentio suo.
preuaricationem obiecerit & ante Cornel. Tac. libertino Cęsa
ris natum Senetionem ad secreta Neronis adiunctum asserit.
De caro etiam Martialis loquitur. lib. ix. O cui uirgineo flaue
scere contigit auro Dic ubi palladium sit tibi care decus & alibi
Care parectonias latias modo rite p urbes Nobilis & centum
dux memorande uiris & reliqua quibus ostēdit iam exulem bo
na pdidisse Plinius etiā in epistolis metium carū appellat. q dā
codices Martialis habent Vare parectonias. Adde quod amicus

Massa

Massa

Carus

noſter carú delatorem intelligit cum Iuuenalis de accuſato uel
qui accuſari timet hic loquaē corrumpit ille textum Plinii. nā
ubi acer eſt acharo legit. Itaq; Iuuenalis de horum delatore lo
quitur quem illi uolebant. Heliodorum Domitiani libertum
qui cum cito rapturꝰ eſſet quicquid ſuperat de nobilitate come
ſa ab aliis libertis timebatur a maſſa & munere palpabatur a caro
etiam magis uiris. nam ut ait Plinius xxxv. lib. Iam non ē enu
merare libertos exſanguine qritum & proſcriptionum licētia
tam ditatos QVid qđ illi a nónullis uxor ſubmittebatur & ne ue
ro nomine oppreſſoꝝ ignominiam exprimat uictis nominibus
quorundā ioculatorum declarat cum ait a trepido tymele eſt ſub
miſſa latino QVēadmođ ī Sa. ſtēmata mortē ſic qſq̄ exhorruit ut
ſit ʒelotypus tymeles ſtupidi collega latini ſed de uero latino &
tymele ait Martialis ad domitianú Cóſueuere iocoſ noſtri quoq;
ferre triumphi Materiā dictis nec pudet eſſe ducē QVa tymelē
ſpectas deriſorēq; latinum. illa fronte precor carmina noſtra le
gas PRA. hoc mihi dubium ē nā ſi de fabio patris Lucani accu
ſatore uel Tigillino intelligaē illud magni delator amici loquiē
Iuuenalis de Neronis tempe & maſſa & carus uel latinus fuere
tpe Domiciani quare nó uideo quó illum delatorem timuerint.
SAB. bñdicis ſed poeta ut non uideaē plane Domitiani carpere
tpa cómiſcet tacite hiſtoriā & quæ Neronis tpe fiebant abhor
renda ea in Domitiani tporibus fieri declarat tam & ſi maſſa ac
carus Neronis tempore etiam fuere nam non a principio Impe
rii Neroniſ ad Domiciani principium xxx. anni interfuerunt
ſicut ex Euſebio & aliis bonis colligi poteſt. quorum Imperato
rum in moribus magna ſimilitudo erat non minus enim comeſa
ē nobilitas Domitiani Imperio q̄ ipſius Neronis de qua re lege
Suetonium QVin & Fabi. Ro. potuit etiam ad ętatem horum
pueniſſe đ quo etiā natꝰ in Herculeo Fabius Lare forte dixit
PRA. multa profecto affers & utilia ſed cui nam ſubmiſſa eſt
Timele uel alia mulier p ipſam intelligenda & quæ nam mulier
alicui ſubmiſſa a marito trepido legiē SAB. Duo a me mi praxi
teles petiſ quę ſub eadē hiſtoria declarabuntur. banc enim muli
erem ſi de Domitiani tēpore loquimur uxorem Elii Lamię ipi
Domitiano ſubmiſſam intelligemꝰ de qua re ipſe Suetoniꝰ me
minit dicēs Contrectatis multorum uxoribus Domitiam longi
nam Elio Lamię nuptam etiam in matrimoniú adduxit. ſubmiſ
ſi ergo principi nó delatori dicamus & bene latinum mimú ipm

Lucanipe
fabius Lucani patre delato

Helium Lamiam dixit eum iocaret quodā modo cum ip̄o p̄ncipe
Nam idem Suetonius ait Helium lamiam ob suspitiosos quidē
& ueteres & innoxios iocos qđ post abductam uxorem laudāti
uocem suam heu tacto dixerat. qđq; Tito hortanti se adulterū
matrimoniū responderat occidit at si de Neronis tempore lega
mus Statiliā Messalinam a uestino Neroni adultero submissam
intelligemus de qua re Cornelius loquitur quod uestinus stati
liam messalinam matrimonio sibi iunxerat. haud nesciꝰ inter ad
ulteros eius & cæsarem esse. cum quo & ipse Nero ludere cōsue
uit. nam ipse Cornelius Tacitus refert ꝙ opperiebatur Nero
ut uestinus quoq; Consul in crimen traheretur uiolentum &
infensum ratus & sequitur cęterum Neroni odium aduersꝰ ues
tinum ex nimia sodalitate cæperat dum hic ignauiā principis
penitus cognitam despicit ille ferociam amici metuit sæpe aspe
ris facetiis illusus. Itaq; satis de hac re me dixisse puto. nō enī
omnes expositorum nugas sed tantum necessaria tractare intēdo
Possem enim postumum dicere de quo. in Sa. credo quem toti
es texit perituri cista latini. Et Marti. iam donare potes iam ꝑ
dere plenus honoꝝ. Largus opum expecto postume qd facias.
possem Pōpeium dicere de quo infra Pōpeiꝰ tenui Iugulos aꝑ
ire susurro & nobilitatem a Domitiano comesam intelligi nāq;
Hieronymus & Eusebius scriptū reliquit anno Imperii tertio
Senatores multos in exilium misit. Octauo item anno multos
nobiles Romanos misit in exilium & interfici iussit Tertiode
cimo uero anno item multos nobiles Romanos exilio destina
uit & eos omnes iussit occidi QVartodecimo deniq; anno cristia
nos persecutus est & secunda fuit cristianorū persecutio. QVid
dicam d Egnatio. p. celere q accusauit Barean Soranum. PRA
recte mi Sabine sentis & res nouas & incognitas plerisq; affers
at quę nam hęc uetula est num aliqua hic historia est nam in ge
nere Iuuenalem locutum pręceptor meus asserebat. SAB. miror
pręceptorem tuum sic sensisse ac ignarum huius fuisse historiæ
quę a Suetonio in uita Othonis scribitur Post patris deinde in
quit mortem libertinam aulicam gratiosam quo efficatiꝰ coleret
etiam diligere simulauit quamuis anum ac pene decrepitam ꝑ
hanc insinuatus Neroni facile summū inter amicos locum tenu
it congruentia morum. ut uero quidam tradunt et consuetudine
mutui stupri ac tm̄ potentia ualuit ut damnatum repetūdis cō
sularē uirū īgens p̄mium pactū p̄usq̄ plane restitutōꝫ ei ī petrassꝫ

Messalina
~~Statiliana~~ messalina
Statilia

Aulica vetula othonis amica
Othonis amica

non dubitaret in senatum ad agendas gratias introducere. hanc
ergo uetulam intellexit Poeta per quā ipse Otho in cęlum idē
in summam potestatem & in imperium euectus est quale illud
horatii palmaq; nobilis terrarų dominos euehit ad deos. errant
qui de Caridemo legunt & in genere locutum Iuuenalem affir
mant quando de eo aperte dicit qui in cęlum euectus est id est
in Imperium Nec Dester qui ex eodē Suetonio probēt. in uita
Galbę Lepidam Liuiam Augustam intelligi de qua inquit Sue
tonius. Obseruauit ante omnes lepidam Liuiam Augustam. cuiq
& uiuę gratia plurimum ualuit & morte testamento pene ditatq
est. tu uero Praxiteles elige quamlibet sed Iuuenalis dolet ui
ros doctos cōtemni ab insatiabilibus mulieribus propter mem
bri uirilis prauitatem. proculeius enim p quē doctos itelligit
ac pbos. uir doctus de GN. pompeio scripsit. hic tamen uncio
lam habebat. sic etiā in satyra credo dixit. an expectas ut QVin
tilianus ametur. hic est ille proculeius de quo Hora. ait Viuet
extēto Proculeiq æuo. & Porphyrius ait qui eques Romanus
tantę pietatis erga fratres qui bello ciuili omni bono erāt spo
liati ut bona sua cum his ęquis partibq diuiserit. Et Plut. in ui
ta M. Antonii Proculeium quondam Octauii nuntium qmemo
rat & in Sa:stemmata. QVis tibi Mecenas quis nunc erit aut p
culeius PRA. Hon dubito in ceteris Iuuenalis locis egregie
te satisfacturum mihi quare cupio scire qd hic sentias aut Lug
dunensem Rhetor dicturq ad aram cum cornutus meus nescio
quid dicat & iam ei nichil credam. SAB. Memini me inuita Cay
cęsaris Caligulę legisse ut omitamus aliosų nugas quomodo edi
dit & peregre spectacula in Sicilia Syracusis Asticos ludos &
in Gallia Lugduni miscellos sed hic & certamē græcæ latinæq
facundiæ quo certamine ferūt uictoribus premia uictos contu
lisse eorundem & laudes cōponere coactos Eos autem qui maxīe
displicuissent scripta sua spongia lingua ue delere iussos nisi feru
lis obiurgari aut flumine pximo mergi maluissent. ideoq orato
res pallebant. qđ ē 9tra eos qui aram Diane asserunt. uel tem
plum in quo legatis dare senatum consueuissent. tam Romani
quam Athenienses & legationes audire in aliis grecis in thea
tris fiebat. aram autem augusti intelligit de qua idem Suetonq
in uita Claudii ait. Claudius natus est Iulio Antonio aphricano
consulibus. KL. Augustis Lugduni eo ipso die quo primum ara
ibi augusto dedicata est & intelligamus hanc aram fuisse in Lug

Marius

duno metropoli cum ptolęmeo in geographia alterę lugdunum coloniam alterę metropolis esse scribat quod hodie lion dicitur PRA. Exul ab optaua marius bibit uideor intelligere nam in hortographia tortelii legimus marium in exilium ductū anteq̄ ab hyensale numidarę rege auxilia in patriam colligere posset uoluptati laxasse frena et ab optaua diei hora contra Romanā consuetudinem iuxta numidarus ritum pro libito bibisse & epulatum fuisse quare ad alia descendamus. SAB. Non possum preterire quando dignum uidetur ut aliquid addatur miror tortelium sic sentire nam nusq̄ legimus marium qui tempore syllę fuit uoluptati deditum immo miris potius laudib⁹ ornatum cū esset continentissimus huius uitam Plutarchus scribit & Suetonius de uiris illustribus quem librum alii Plinii uolunt nec unq̄ uoluptati frena laxasse ⁹memorant Nam quod Valerius libro tertio ait non obstat .C. Marium post Iugurtinum & Cimbricum & Teutonicum triumphum Cantaro semper potasse exemplo liberi patris qui ex aphrica indicum triumphum deducens hoc genere poculi usus est & imitatus liberum fuit ut uictoriam suam cum illa compararet tamen non magnitudine poculi modestus Marii potus potest damnari cum ipse Valerius in laudem ipsi⁹ Marii hęc scripsisse uidetur inquit enim Sed hęc quę dicta sunt ex eis similia aliquid uirtutis in consuetudine nouanda sumētis licentię sunt inditia uirtutis enim inditia erant qa illud ob uirtutum recordationem fiebat nec preterea ab Aphris accusatus ē hic Marius nec damnatus nec exul repetundis quāuis fugiens Syllam tātam calamitatem passus est ut panem mendicaret ac nō ille furore numinis ingenti superum protectus ab ira uir ferus ut ait Lucanus ergo non iratis dis frui contigit. Contra Marius Priscus dequo Iuuenalis intelligit fuit uir incontinens fęd⁹ et aperte malus erat autem ex betica proconsulatum in Aphrica non minus uiolenter q̄ sordide gessit ut auctor est Plinius cum etiā classico cōpararet qui ex Aphrica proconsul in Betica erat quare non inlepide ferebatur dedi malum & accepi hunc una ciuitas publice multiq; priuati peręgerūt & accusationem uel fortuita uel uoluntaria morte pręuertit nā fuit mors eius infamis ambigua tamen Ita mirum pudorem damnationis morte fugit quem non puduit damna committere QVare in epistola Solet dixit idem Plinius Marius Priscus accusantibus Aphris quibus proconsule prefuit omissa defensione iudices petit & sequitur

Exciſſe Priſcum ímanitate & ſæuicia crimina quibus dari iudi
ces poſſent cum ob innocentes condemnandos interficiendos
etiam pecunias accepiſſet Et paulo poſt ait Q. Cornutus Tertu
lus conſul deſignatus uir egregius & ueritate firmiſſimus cen
ſuit ſeptingenta milia quę acceperat Marius ęrario inferē
da Mario urbe Italiaq; interdicendum quin etiam hoſtilius fir
minus legatus Marii priſci qui permixtus cauſę grauiter uehe
menterq; uexatus eſt nam & rationibus Martiani & ſermonib9
quos ille habuerat operam ſuam priſco ad turpiſſimū miniſteriū
commodauit itaq; ex hiis intelligere poterimus q̄ diſſolut9 q̄
ſordida uita fuerit hic Marius ut merito Iuuenalis dixerit Ex
ul ab optaua Marius bibit id eſt q̄uis accuſatus & exul tñ nec d̄
ſiuit exire regulam nam ut dicebat Cum populum gregib9 comi
tum premit hic ſpoliator pupilli proſtantis tempora Domitiani
tetigit & non heliodorum ut quidā ſine auctore locuti ſunt de
quo in Domitiani uita Suetonius inquit Confiſcabantur alie
niſſimę hereditates etiam exiſtente uno qui diceret audiuiſſe
ex defuncto cum uiueret hęredem ſibi cęſarem eſſe & ſequitur
Aſt hic dānatus nam ut Suetonius inquit per hęc terribilis cūc
tis & inuiſus tandem oppreſſus eſt amicoꝝ libertoꝝq; intimoꝝ
conſpiratione ſimul & uxoris & ante in Veſpaſiano dixerat cō
ſtet. licet Domitianum cupiditatis & ſęuitiæ merito pęnas luiſ
ſe. unde damnatus erit ſubauditur. nam ante non fuerat uel pro
prie tutorē intelligit de quo in Sa. ſtēmata dicemus qui pupil
lum necauit cum ei hæres eſſet ſubſtitutus de quo Sue. loquit̄.
Aſt alius inexeſo libello cui titulum Priſtiani fuiſſe ait legiſſe
aſſerit Cecilium Claſſicum. C. Norbanum ſibi hęredem cōmēda
tum fraudaſſe qd̄ profecto ex ſe finxiſſe uidetur & nullo pacto
comprobandum. C. Plinius in epiſtola ad Cornelium Minutia
nū Cecilii Claſſici meminit in betica fuiſſe inquiens Sicut Ma
rius in Aphrica quidam de Iro intelligit quia dicit alibi Iuue
nalis quot pupillos circumſcripſerit Irus ſed de uno pupillo in
ſpecie magis loquitur/ſinani iudicio/quia enim ſaluis infamia
nūmis. nam non reſtituebantur ablata qd̄ exemplo prouinciæ
Aphricę oſtendit cui q̄uis Marius pecunias rapuit tamen reſti
tutę nō ſunt ſed ęrario inferendas cēſuit cornutus Tertulus &
Pompeius collega cenſuit marium repetundarum pene qui iam
paſſus eſſet relinquendum & alibi dicit Plinius accuſaui Mari
um Priſcum qui lege repetundarum damnatus utebatur clemen

tia legis cuius seueritate immanitate criminum excesserat rele
gatus ē ergo diis iratis fruebatur & tale est quale illud senecæ
in Hercule furente. Iraq; nostra fruitur in laudes suas multi de
os iratos senatores intelligunt inepte. ab optaua igitur id est
ante horam legitimam de qua in Martiali habetur. Prima salu
tantes atq; altera continet hora. Exercet raucos tertia causidi
cos. In quintam uarios extendit roma labores. Sexta quies la
sis septima finis erat. Sufficit in nonā nitidis octaua palęstris.
Imperat & structos frangere nona toros. Hęc quoq; hora inte
ger dies dicebatur. Vnde Horatius in libro carminum. Nec par
tem solido demere de die. nam in nona hora licebat potu & cibo
operam dare. uerum Marius Priscus non seruabat. d̄ quo etiam
ideꝫ Martialis ait. Nec uocat ad cęnam marius nec munera mit
tit. Nec spondet nec uult credere sed nec habet. s. sicut prius &
sequitur. Turba tamen defit miserum quæ curet amicum. heu q̄
præfatuæ sunt tibi Roma togę. & bene non erat qui eum cura
ret. nam Plinius ait ut enim credibile uidebatur uoluisse exire
de uita cum defendi non posset nā fronto Catius pręcibus plus
temporis q̄ in defensione consumpsit. De mario Prisco igitur q
suo tempe fuit loquit̄ de quo idē Iuuenalis infra ait. Cum mari
us nup tenues discinserit Aphros q̄uis de mario cęlso q illis tē
poribus fuit cornel. Ta. meminit. & plures etiā marii fuerint
Vñ dicit At tu uictrix idē cōpos uoti qa mario interdicta urbs
& italia fuit accusatione eorum ploras tuaꝝ scilicet amissionem
pecuniarum nec me fugit alios uolentes. C. marium intelligi ꝓ
uinciam Romā exponere quā ipse Marius destruere parabat.
sed uera opinio longe pręstat. itaq; mi Praxiteles acquiesce sen
tentię nostrę pariterq; existima amicum nostrum inepte interp̄
tari cum ait|inani iudicio|quia non afficiebatur pæna qui erat
damnatus nam & subdit poeta qd. n. saluis infamia PRA Cur
non acquiescam cum meo Iudicio sit diuina ac ex ipso cælo pec
tus tuū illapsa. Dic ergo hunc Lenonē ac Moechū nā reliq̄ faci
lia sunt Hor. ait. sed iussa corānō sine cōscio surgit marito SAB
Gaudeo si qd dixi aut dico qd̄ placeat. sed mox qd̄ petis apiam
Suetonius enim in Domiciani uita scribit Contrectatis multoꝝ
uxoribus uno die. xx. officia Domitianum distribuisse sed hic
magis Neronem notare uidetur non ꝓpter uestinum qui teste
Cornelio tacito statiliam messalinam matrimonio sibi iunxerat
haud nescius inter adulteros eius & cęsarem esse. sed Lenonem

Otho

Othonem intelligit qđ ex ipso Cornelio clare intelligere pos
sumus libro.xiii.dicit enim Otho siue amore incautus laudare
formam elegantiamq; uxoris apud principem.siue ut accēderet
ac si eadem fæmina potiretur.id quoq; uinculum potentiam ei
adiiceret ergo merito dicit uigilanti stertere naso. ostendebat
enim se inuito & nesciente Neronem adulterꝫ esse.nam ut Sue
tonius in Othonis uita ait.Omnium autem consiliorum secreto
rúq; particeps & subdit. Itē pompeiā sabinam quidam poppeam
dicunt tunc adhuc amicam eius abductam marito demandatamq;
interim nuptiarum sibi specie recępit nec corrupisse contentus
adeo dilexit ut ne riualem quidem Neronem æquo tulerit ani
mo. Creditur certe non modo missos ad accersendam non rece
pisse sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem
miscentemq; frustra minas & preces ac depositā deposcentē qua
re diducto matrimonio sepositus est per causam legatóis in Lu
sitaniam & satis uisum ne pene acrior nimiu; omnia diuulgaret
qui tamen sic quoq; hoc disticho enotuit. Cur Otho mētito sit
quæritis exul honore uxoris męchus cęperat esse suę id est pó
peię cum non iam ut uir sed tāq̄ cum aliena coibat. sed quonam
modo bona moechi acceperit patet & sequitur si capiēdi ius nul
lū uxori si ratónalis est. in Domitiano enim ait Suetonius pro
brosis fæminis lecticæ usum ademit. iusq; capiendi legata hęre
ditatesq; quā rem Iuuenalis ad suū propositum rettulisse uidet.
utq; de Othone intelligatur quæ sequūtur magis ostendunt: cū
fas esse putet curam sperare cohortis. Cum enim Otho ita esset
mūditiaꝫ pene muliebrium & male pedatus quin etiam ut ipse
Suetonius dicit in castra muliebri sella contenderet curam mili
tum & peditū habere non decebat ipse tamen appetebat ideoq;
alliciebat milites. dicit enim Suetonius nullo officii aut ambi
tionis in quenq̄ omisso genere quotiens cęna principem accipe
ret aureos excubanti cohorti uiratim diuidebat nec eo minus
alius alia uia militum demebatur cuidam etiam de parte finium
litiganti adhibitus arbiter totum agrū redemit emancipauitq;
ut iam uix ullus esset qui nō sentiret & prędicaret solum succes
sione imperii dignum. sunt & qui tigillinum uelint intelligi q
a Nerone prętoriis cohortibus prępositus fuit. de quo ait Cor.
taci. in primis obscuris parentibus natus fuit in defecta adoles
centia & in pudica senecta pręfecturam uigilum & prętorii no
men consecutus inter stupra concubinarum & oscula Neronis

10

poppea alt̄ pōpeia

temporibus exſpirauit & ante dixerat Tigillino cum pellicib9 ſuis comitantes preſepibus ergo. i. meretricibus ſed de Othone melius eſt ſperare ergo a Nerone qui bona donauit pręſepibus non qui Otho quanuis ipſe etiam multa militibus & coborti donauit ſed ſperare ab eo inquit qui bona donauit præſepibus id eſt a Nerone. quem conſtat ut Suetoni9 eſt auctor prętorianis cohortibus frumentum menſtruum & militi donatiuũ conſtitu iſſe & donaſſe tantum ut ſine omni ſuorum cenſu remaneret quare idem Suetonius ait Diuitiarum & pecunie fructum non aliũ putabat q̃ profuſionem ſordidos ac deprauatos eſſe quib9 ratio impenſarum conſtaret pręlautos uereq; magnificos qui abuterẽtur ac proderent laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo magis noĩe q̃ qđ ingẽtes a tyberio relictas opes in breui ſpatio ꝓdegiſſet quare nec largiẽdi nec abſumendi modũ tenuit. & multa alia de ei9 ꝓligalitate ſcribunt. PRA. Ergo pręſepib9 cum ſint ubi iumenta paſcuntur pro ipſis iumentis uel equis & militibus poſuit at pręceptor meus aliter ſed hoc placet mihi magiſ SAB. Immo ſi uolumus poſſumus pro mulis accipere quando & Suetonius etiã ait Nunq̃ carucis minus mille feciſſe iter tradit̃ ſoleis mularum argenteis mulionibus armillata & phalerata charizantum turbaq; thyrſorum. ſed ego ſolitus ſum exponere ꝓhabitationibus & cenaculis ſicut ẽ apud Horatium in epiſtolis Scutra uaguſ non qui certum pręſepe teneret impranſus ubi Porphyrio inquit pro menſa per tapinoſim poni. & Plautus in curculione. Paues paraſitus quia non rediit caria Afferre argentum credo nam ſi non ferat Tormento non retinere potuit ferreo quĩ reciperet ſe huc eſum ad pręſepem ſuam. quod damnoſus fuerit in menſis ipſe Iuuenalis teſtatur nocteſq; Neronis iam medias dicens quantum etiam in ędificãda domo dederit Cornelius tacituſ oſtendit & Suetoniuſ. QVi ait non in alia re damnoſior q̃ in ędificãda domo a palatio eſquilias uſq; quã primo tranſitoriam mox incendio aſſumptam reſtitutamq; aureã nominauit & plura alia refert de ſpatio & eius cultu QVid qđ in ipſo palatio cęnationes laqueate erant tabulis Eburneis uerſatilibuſ ut flores fiſtulatis & unguenta ſpargerentur ut merito per tapinoſim pręſepibus dixerit uerum ut ipſe Suetonius ait ad hunc impendioq; furorem ſuper fiduciã Imperii etiã ſpe quadam repentina immenſaq; & reconditaq; opum impulſus ẽ ex Iuditio egregis Romani pro comperto pollicentis theſauros antiquiſſimę gazę

quos Dido regina fugiens tyro ſecum extuliſſet Eqtem autem
Ceſellium baſſum Cor. ta. fuiſſe dixit Verꝝ ut ſpes fefellit deſti
tutus atq; iam exhauſtus & egens ut ſtipendia quoq; militum &
comoda ueteranoꝝ protrahi ac differri neceſſe eſſet calumniiſ ra
piniſq; intendit animum & ideo caret omni maiorum cenſu di
xit PRA. At Cornutꝰ meuſ damaſippū qui omnia meretricibꝰ
donabat intelligi dixit qui uni cohorti a Nerone prefectus ē
SAB. hoc ego apud bonos nunq̄ legi tam & ſi Damaſippum q̄ſi
equoꝝ domitorem quidem expoſuere dicentes ergo prę ſepibuſ
id ē. equis. ſed tu poteſ ueꝝ ex hiſtoria ipſa diſcernere. nam hoc
quod ſequitur opinionem meam confirmat dum peruolat axe ci
tato flaminiam tangit enim ipſiꝰ Neronis hiſtoriā de qua Sue
tonius ait puerum ſporum exſectis teſticulis etiā in muliebrē
naturam tranſſigurare conatus eſt cum dote & flāmeo perſolem
ni nuptiaꝝ officio deductum ad ſe pro uxore habuit extatq; cui
uſdam non inſcitus iocus bene agi potuiſſe cum rebus humanis
ſi Domitius pater talem habuiſſet uxorem hunc ſporum auguſta
flumen ē de cuius aqua potantes reddunt insani. Idem Ouidius lib. fastoꝝ ostendit QVamobrem obmemoriam huius facinoris deę sacerdotes excastrari est institutum a Gallo flumine gallos appellatos QVare Claudianus in Eutropiū dicit uel si sacra placent habeas pro marte Cybellen. Rauca celeneos ad tympana disce furores cymbala ferre licet pectusq; illidere pinu Inguinis & reliquū phrygiis abscindere cultris Tibullus quoq; & secet ad phrygios uilia membra modos dixit | QVadringēta dedit | Merito inquit Nero genitalia deberet abscindere postq̄ in morem fęmine uult nubere ergo | Gracchus | id est Nero seditiosꝰ & ambitiosus ut gracchi fuere & nomen mutat ne in p̄ncipem Neronem loqui & nominis similitudine ip̄m Domitianum grauare uideat cum etiā Domitianus Nero esset appellatꝰ: Ea enim ętate poetę cum prioꝝ scribendi simplicitas in quēq; etiā teste Iuuenale in p̄ma satyra esset sublata parcebāt nominibus de uitiis autē dicebāt unde Martialis. x. hunc seruare modum nostri nouere libelli ꝑcere ꝑsonis dicere de uitiis. alii legunt Graius ut sit callistratus de quo hic dicet uel Gracchus. i. sacerdos & antistes templi sicut ille de quo in p̄ncipio Valerii maximi teste Dionisio burgēsi. | Dedit quadringēta sestertia dotem | per Apothesim | Cornicini siue hic recto cantauerit ęre | id est tubicini. tuba enim directa est cornu uero reflexum unde Ouidius dixit Non tuba directi non ęris cornua flexi Si bos ederet agnum Non sine ratione agnum magisq̄ hircum uel aliud dicit. legerat enim in ruina Hierosolimę inter alia prodigia bouem agnum pepisse qđ Iosephus ait. Eodemq; die festo etiā bos cum hostia duceret agnum in medio phano peperit quare poeta non tm̄ hoc mōstrū esse dicit quātum est uirum nubere & c. & subdit Segmēta & lōgos habitus | est. n. Segmētum teste seruio p̄mo ęnei. ornamētū gucturis qđ monile dicunt unde Virgi. colloq; monile baccatū unde insanit qui fastiolas esse dicit | Et flamea sumit | hęc hystoria a Cornelio tacito tradit ait enim de Nerone Et postq̄ tenebrę incedebant q̄tum nemoris & circumiecta tecta ꝯsonare: cantu & luminibus clarescere ipse per licita atq; illicita fędatus nihil flagitii reliquerat quo corruptior ageret nisi paucos post dies uni ex illo cōtaminatoꝝ grege nomen pythagoræ fuit in modum solennium ꝯiugioꝝ denupsisset Inditum Imperatori flameum misit auspices duos & genialis torus & faces nuptiales cūcta deniq; spectata quæ etiā nox operit de hoc pythagora Mar.

lib. xi. posce dimidios puer trientes QVales pythagoras dabat Neroni inquit igitur | Cornicini | uel tubicini ex cõtemptu cum de his pythagoras esset Sunt enim Cornicines & tubicines ut plurimum contaminatissimi: Nam minus malum fuisset si nobilissimo nupsisset | Sacra nutantia | QVia dum antistes sacrorum ferebat a collo dependentia mouebatur licet loris ligata flameo tectis. erant enim flamea uelamina tenuissima quibus nubentes dum primum ad maritos ducerentur propter pudorem uultus tegebant unde Claudius inquit lib. de raptu flamea sollicitũ preuelatura pudorem | Ancilibꝰ | hoc est rotundis a Mamurio fabro iubente numa pompilio factis instar illius quod e cęlo lapsum est ut que de Nerone dixisse intelligatur exclamat | Vade nefas tantum latiis pastoribus | .i. principibus neq; enim alium principem nupsisse legere licet: Sic Stiliconem principem. pastorẽ Claudianus allaricum alloquens appellauit dicens pastoriq; lupꝰ scelerum delicta tuoꝝ intra sceptra luas & Virgi. xi. occiso pastore lupus ubi Seruius ait bene pastori reginam comparat nam reges ipsi pastores uocãt. Homerus ποιμενιλαων .i. pastores populorum | Seueri campi | Martium dicit ubi Magistratꝰ seuerissimi creabantur QVando enim tales principes creantur uel creari permittit negligere locum deus uidetur. Erat enim campus martius Marti consecratus Liuius enim in secundo Ager Tarquiniorum inquit qui inter urbem & Tiberim fuit consecratus marti Martius deinde campus fuit ideo cede inquit | Valle QVirini | Sex. po. a curibus occupatam QVirini uallem dicit dictam hic iucundissima porticus de qua. Mar. Vicinam pete porticum QVirini turbam non habet. otiosiorem Pompei uel agenoris puella | Nubet amicus | auget exemplis quod dicit dedit hanc contagio labem & dabit in plures. ne solus princeps nupsisse uideatur: Hunc autem amicum Callistratum fuisse putamus qui aphro nupsit QVare Martialis libro. xii. barbatꝰ rigido nupsit callistratꝰ aphro. Hac qua lege uiro nubere uirgo solet prelux ere faces uelarunt flamea uultus nec tua defuerunt uerba thalasse sibi: Dos etiam dicta est non dum tibi Roma uidetur hoc satis: expectas nunquid & ut pariat | Cupient & in acta referri | Sic Suetonius in caligula QVibusdam ait absentibus maritorum nomine repudium ipse misit iussitq; in acta ita referri hoc est annotari ut esset memoria | Partu retinere maritos | Vnde bene

32

Flamea

Ancile

Stiliconem

Campus martius

porticus Quirine uallis

Calistratus nupsit

Claudianus in eutropiũ crudelis proſors generis duriſſima noſtri: fęmina cum ſenuit retinet connubia partu: uxoriſq; decus matris reuerẽtia penſat: Nos lucina fugit: nec pignore nitimur ullo. cum forma dilapſus amor defloruit oris gratia &c. | Condita in pyxide | fuit enim uirgo e lydia lanificii peritiſſima quę auſa cum minerua decertare ab ea deuicta teſte Ouidio lib. Meta. in uermem conuerſa fuit qui telam intexere & ſuper eam aſcendere deſcendereq; ſolet & quia ipſorum plura ſunt genera. de quibus late Plinius & de eorum natura loquitur & genus inter alia eſt Corum qui phalangii dicuntur in ſpecu incubantes magno numero qui ut emergant matrem & patrem conſumunt Adiuuat enim incubare Et tricenos uermiculos pariunt ſunt autem ouis ſimiles. ex hac ratione mulieres propter fęcunditatẽ in pyxide condiebant ut hic oſtenditur per Iuuenalem. ſperantes. eandem ſibi filiorum copiam dari | Nec prodeſt agili | nec aliqua medicina ex Araneis & aliis rebus compoſita nec aliqua diuinitate fieri poteſt: ut homines pariant. Nam ut neq; merenti laudẽ auferã: hic locus ex orthographia Tortelii ſatis declaratẽ ait enim lyceus mons eſt Arcadię in quo bicornis fauni templũ fuerat: a quo lycęa ludicra illi ſacrata a nobis lupercalia dicta ſunt: unde Ouidius faſtorum ii. lib. QVid uetat archadio dictos a monte lupercos: Faunus in archadia templa lycęus habet: & ſicut exlycos quod eſt lupus lycęus & lycęa apud grẽcos ſic apud nos ex lupo lupercal & lupercalia ludicra quedam dicũtur quę teſte Plutarcho in uita Romuli in latinum e grẽco per ipſum Torteliũ trãſlata ad expiandos manes conſtituta uidebantur fiebant enim nefaſtis diebus Menſis Februarii quẽ piacularẽ interpretãtur: unde Priſci quoq; diem illam febratam uocabant quod Ouidius tangit ſecundo faſtorum cum ait februa Romani dixere piacula patres. & ſubdit. tertia poſt idus nudos aurora lupercos. aſpicit & Fauni ſacra bicorniſ eunt QVod ſolẽne ab Euãdro ubi Roma eſt allatũ fuit Ouidius. tranſtulit Euander ſilueſtria numina ſecum: Hic ubi nunc urbſ eſt tunc locuſ urbiſ erat Et Liuius primo ab urbe cond. inquit ferunt Euandrum ſolenne allatum ex arcadia inſtituiſſe ut nudi Iuuenes lycęum pana uenerantes per luſum atq; laſciuiam currerent. QVem Romani deinde uocauerunt Inoũ Hunc ſeruius pane eſſe dixit ab Ineundo paſſim cum animalibus: Alii uero teſte Plutarcho a lupa quę

romulum educauit lupercum dictum putāt: cum ut ait lupercalēs ludicrum inchoent ubi expositum romulum fuisse ferunt: tam & si quę ad sacra pertinent minus conueniant: nam ut subdit capellas mactant deinde gemini adolescentes genere præclari sanguinolento gladio fædatam sibi faciem attingunt alii illico cum lana lacte madida accurrunt atq; abstergunt sanguinem tum uero opus ut rideant adolescētes & de mum ex sectis capra rum tergoribus nudi in subligaculis per ciuitatem discurrant. QVicunq; sibi obuiam fiant uerberant coriis Et ut idem Plutarchus pergit. mulieres uero iam adultæ ultro se his offerunt ac palmas uerberandas porrigunt existimantes id sibi fęlicem pariundi facultatem pręstare: QVod Ouidius etiam secundo Fastorum ait Nupta quid expectas non tu pallentibus herbis: Hęc prece nec magico carmine mater eris: Excipe fęcundæ patienter uerbera dextræ: Iam socer optatum nomen habebit aui Sed ut refert Plutarchus: Buccas quidam in illis elogiis quas de Romanarum rerum descriptionibus inscripsit: fabulosam quandam super his attulerat sententiam: Ait enim q̄ cum Romulus Amulium superasset una cum fratre Remo ad eum usq; locum in quo lupę mammas suppositi suxissent præ lætitia cucurrisse & ut ęterna eius rei memoria posteritati fieret eos ludos instituisse ideoq; nobiles genere adolescentes currere ac ferire eo pacto quicunq; obuiam fiebant ait ut significarent Romulum & Remum ipsum cum olim strictis ensibus ex alba profugissēt: atq; sanguinolento illo gladio faciem attingere ut cędis illius & periculi posteris monumentum esset & deniq; eo lacte in sanguinis absterſiõe uti ut indicarēt eorum mirificam ac pene diuinam educationem Ouidius autem aliter sentit dicēs eodem fastorum libro. Cur igitur currant & cur sic currere mos ē Nuda ferant posita corpora ueste rogos: Ipe deus uelox discurrere gaudet in altis. Montibus & subitas concipit ille feras: Ipse deus nudus nudos iubet ire ministros: Nec satis adcursus cómoda uestis erat: Refert etiam Plutarchus. C. Acilium scripsisse Romulū cū ante ꝯditā urbē sua pecora p̄didisset: supplicatū fauno p̄mo ꝯcessisse deinḋ nudū ne sudore ipediręt omes saltus currendo lustrasse: Ideo nudatos lupercales hæc ludicra celebrare: Vnde Virgilius libro. viii. Hinc exultantes salios nu

doſq; lupercos: Vbi Seruius dixit cū in honorē fauni ſeu panis lupcalium ſolemnitas coleret romanoꝝ pecora repēte a latroni bꝰ rapta ſunt illi mox ꝓtectis ueſtibꝰ latrones ſunt ꝓſecuti quibus oppſſis ac receptis animalibꝰ ꝓpter rē a nudis proſpere geſtam conſuetudo manſit ut nudi lupercalia celebrarent Iuſtinuſ uero. xliii. lib. ſuo epitomatis: Idem qđ Ouidius & magis ex habitu dei cui hæc ſacra fiebāt q̄ ex alio nuditatis cauſam referre uidetur. Ait enim ſub Fauno Italiæ rege Euander Archadię urbe palāteo in Italiam cum mediocri turba popularium uenit: cui Faunus & agros & mōtem quem ille poſtea palatium appellauit benigne aſſignauit: in huius radicibus templū Lycęo quē greci pana Romani Lupercum dicunt cōſtituit ipſum dei ſimulacrum nudum caprina pelle amictum eſt quo habitu Romę Lupercalibus decurritur Alii autem nuditatis cauſam aſſerunt qa celeritati ipſius aptior uidetur qui currit nudus: Deinde arcbades omnium uetuſtiſſimi feris ſimilem uitam ducentes deum uenerati patrium cultum auitoſq; nudos habitus ſignātes referre uoluerunt Nōnulli aiunt cauſam nuditatis eſſe quia Siluanus deus odio habuit ueſtes quibus deceptus eſt dum Iolen Herculis uxorem uiolare noctu uellet. ob hanc ergo memoriam ſacra celebrantes nudos eſſe inſtituerunt Addit etiam Plutarchus ad id ſacrificii genus canem plurimum pertinere nam & græci in huiuſcemodi piacularibus ſacris ωερικυλακισμα uocant et Catulos mactare ꝙſueuerant: uel potius ut Romulus ipſę lupæ eius genitrici gratias referret quę atrociſſimos hoſtes canes habet: Et ſic Iuuenalis palmas prebere Luperco inquit fuit etiā Munius Lupercus ætate Domitiani legionis legatus de quo Cor. Tacitus ad eum Martialis ſæpe ſcribit| Vicit & hoc mōſtꝝ tunicati fuſcina gracchi| Mōſtrum enim fuit gracchum nubere ſed exponere ſe ſpectaculis & gladiaturæ in qua uiliſſimi quiq; exercebantur monſtroſius eſt quia nubebat Nero paucis ſcientibus: unde dixit| Nec multos adhibet| cum uero gladiaturā exercebat omnes uidebant. principio enim ut Suetonius inquit perraro preſidebat cæterum accubans: primum paruis foraminibus: deinde toto podio ad aperto ſpectare ꝙſueuerat. & infra Sed cū iter initia īpii eburneis q̄drigiſ quottidie ī abacho luđret ad oēs minimos circenſes ſeceſſu ꝙmeabat ꝑmo clam deinde propalam ut nemini dubium eſſet eo die utiq; affuturum. neq;

ſolum ad ſpectandum ludicra ſe contulit. ſed quod peius eſt ſpe
ctari uoluit. quare Suetonius ſubdit: Mox & ipſe aurigare eti
am ſpectari uoluit ſępius poſitoq; in hortis inter ſęuitia & ſor
didam plebem rudimẽto uniuerſorum ſe oculis ĩ circo maximo
præbuit aliquo liberto mittente mappam unde magiſtratus ſo
lent ergo poeta hæc uitia exoſus inquit| Fuſcina gracchi tuni
cati|boc eſt Neronis tunica tecti. nam tunica leuis ueſtis eſt
qualis camiſia qua ut leuiores eſſent gladiatores utebantur
unde Suetonius in Vitellio detractum inquitq; ſocculum
dextę inter togã tunicaſq; geſtauit. ubi oñdit indumtú eẽ corpi
ppinquſ toga. Non. aũt Mar. ueſtimẽtum ſine mãicis eẽ ait. vñ
qa cõtra uſum mãice addebantur Virgilius ait. Et tunicæ mani
cas & habent redimicula mitræ.| Vicit hoc monſtrum| id eſt
mõſtroſius eſt ludere|fuſcina|q̃ Imperatorem nubere|fuga|boc
eſt curſu quia uterq; fugit. & ſequitur: quare de eodem in Saty
ra ſtemmata inquit. nec mirmillonis in armis nec clypeo Grac
chum pugnantem aut falce ſupina. Damnat enim tales habitus
& damnat & odit. Nec galea frontem abſcondit mouet ecce tri
dentem: poſtq̃ umbrata pendẽtia rętia dextra. Ne quicq̃ effudit
nudum ad ſpectacula uultum. Erigit & tota fugit agnoſcendus
harena. & ſubdit: ergo ignominiam grauiorem pertulit oĩ uul
nere cũ Graccho iuſſus ſpectare ſecutor. boc eſt gladiator iuſſuſ
a Graccho. i. Nerone ut ibi dicemuſ. Non fugiunt nos diuerſę
aliorum ſniæ: ſed ſic interprætandum eſt. Nec Gracchum aliũ
gladiatorem nobiliſſimum ac Sempronio Graccho nobiliſſima fa
milia nato ſimilẽ ullo pacto dicẽtibus aſſentior cum lõge magiſ
hæc gueniãt. Nõ recte igiẽ amicus ſentit q nõ in Neronis tp̃a
bcca Iuuenale referri q cogebat in harenã deſcẽdere ſed ĩ edu
catos ſub Nerone Inter ludos ſpõte ueniẽteſ ſcribit Domitiani
tp̃re qñ in Satyra ſtẽmata ait cum Graccho iuſſus ſpectare ſecu
tor. Si erat iuſſus ſequitur qđ nõ in tp̃ra Domitiani refert qui
minime iuſſit q̃uis tempore neronis nullo cogente multi etiã
deſcenderent in harenã qđ idem poeta aſſerit dicens uendunt
mullo cogente nerone|ſed amicus temerarius ut meę opinioni
aduerſaretur in hunc errorem ſe prȩcipitauit|Generoſior| quia
imperator. & de eius genere Suetonius loquitur |Capitolinis|
bis dicit qui a Camyllo originem habent: nam Camyllus ut ſue
tonius de uiris illuſtribus ſiue Plinius ut multi uolũt ob defẽ
ſum capitolium Capitolinus eſt dictus &| Marcellis| de quibus

Virgilius li. vi. Aſpice ut inſignis ſpoliis marcellus opimis. hic enim gallos & penos teſte ſeruio equeſtri certamine ſuperauit: Viridomarum gallorꝝ ducē propria manu peremit: & opima retulit ſpolia quæ dux duci detraxerat. Alius filius octuiæ ſororis Auguſti quem adoptauit Auguſtus qui. xviii. ſuę ętatis anno in Batano littore periit: & plures alii etiam nobiliſſimi fuere| Catulis| Valerium Catulum conſulari familia iuuenem Suetonius in caligula ſcribit & in galba haud dubie inquit nobiliſſimus: & uetere proſapia & qui ſtatuarum titulis pronepotem ſe Q. Catulli Capitolini ſemper aſcripſit: fuere ergo omnes nobiliſſimi| Pauli| paulus emilyus & omnes qui ab eo deſcendere fuere nobiliſſimi: & Iulium paulum regia ſtirpe natum Cor. Tacitus minoribus igitur ab illo æmilio deſcendentibus &. L. paulus generoſus fuit ſed filius ipſius perſen regem uicit & plura geſſit digna| Et fabiis| quos ex eadem familia trecētos autores fuiſſe tradunt omnes nobiliſſimos ab herculeq; originem habentes QVare ait Ouidius in faſtis ut tamē herculee ſupereſſent ſemina gentis| Et omnibus adpodium ſpectātibus| Et generoſior omnibus intellige nobiliſſimis ut enim Suetonius tradit Nero ſpectaculorum plurima et uaria genera edidit: et Iuuenales Circenſes: Scęnicos ludos: gladiatorum munus: Iuuenalibus ſeneſ quoq; conſulares anuſq; matronas recępit ad luſum Circenſibus loca equiti ſecreta a cęteris tribuit. Et paulo poſt exhibuit aūt ad ferrum quadringentos Senatores: ſexcentos equites Romanos et quoſdam fortunæ atq; æſtimationis integre ex biſdē ordinibus confeſſores quoq; ferarum & uaria barębę miniſteria |Podium| prætorium in theatro ubi pedibus conſiſtebant unde nobiles principesq; ludos ſpectabant. nam & Nero. t. Suetonio primum paruis foraminibꝰ deinde toto podio aperto ſpectauit |His licet ipſum admoneas| & generoſior inquit his omnibus ſpectantibus licet annumeres inter hos ipſum| Cuius munere| in cuius munus & obſequium| Retia miſit| hoc eſt exercere et ludere uoluit Intelligit autem Tyridatem Armenię regem cum ut rem nero gratam faceret ſpectaculis & ludicris ſe proſtituit de quo Suetonius ait non immerito inter ſpectacula ab eo ędita et tyridatis ī urbē introitū retulerim quē armenie regē magnis pollicitationibus ſollicitato cum deſtinato per edict tum die oſtenſurus populo propter nubilum diſtuliſſet produxit quo oportuniſſime potuit diſpoſitis circa fori templa armatis

cohortibus & alia alii ipsum Romanũ populũ aiunt cuio genꝰ
diuinum dicitur alicuius quoq; munus regem induxit: Alii de
L. pesone legunt quem nobilem egregiumq; iuuenem Suetoni
us dixit & Cor. ta. Calpburnio genere ortum ac multas insig
nesq; familias paterna nobilitate complexum & subdit facundi
am tuendis ciuibus exercuisse & largitionem aduersum amicos
ignotis quoq; comi sermone & congressu affuisse & corpus pro
cerum ac decoram faciem habuisse: sed qđ ante dixim9 magis hę
ret quidam amicus solita temeritate admoneas legit cum admo
ueas omnino legendum sit Et subterranea regna scđm eos qui
inferos sub terra esse uoluerunt. Alii negant dicentes Antipo
das subterranea regna tenere de qua re satis Seruius li. vi. ęñ
loquitur. nam de antipodibus Plinius & alii scribunt nisi qui
non dum ære lauantur adeo inquit lasciuiis & uitiis homines
nõ solum ætate profecti uerꝫ etiam pueri impliciti & cęci sunt
ut nullas pænas scæleribus cõstitutas ac post mortem reserua
tas Imo de inferis quicquid dicitur fabulosum esse existiment
exceptis bis qui nuper nati sunt ac neq; balneis apti. Nam ad
illud respicit qđ Suetonius in uita Tyberii scribit dicens q̃si
pueros primæ teneritudinis quos pisciculos uocabat instituc
rit ut natanti sibi inter fęminas uersarentur ac luderẽt lingua
morsuq; sensim appetens atq; etiam q̃si infantes firmiores nec
dum tamẽ lacte depulsos inguini ceu papillæ admouerit: prior
sane: ad id genus libidinis & natura & ætate bis enim primis
de inferis fabulæ a parentibus recitant quale est illud Virgi
lii Ni frustra augurium uani docuere parentes. ubi Seruius res
fabulosas & inanes docere plerunq; asserit. bi enim nec balneis
precio lauabãtur quia ad principis uotum adducti sunt. Alii. n.
maiores precium soluebant Vnde est in Satyra Credo pudici
tiã QVadrante lauari. Somniat ergo amicus qui incipientes pu
eros sapere lauari quadrante publicis thermis asserit & eos laua
ri quadrante dici qui iam sapiunt &c. Curius quid sẽtit & ambo
scipiade: manesq; camylli Notæ sunt historiæ de. M. Curio
dentato supra dictum est: q̃q; fuerit uirtute preditus: q̃q; lasci
uias 9tempserit: Suetonius de uiris illustribus Liuiusq; & alii
declarant Scipio quoq; maior & minor Aphricanus quia đ his
ubiq; legiẽ a me omittũẽ nec minus fabriti9 atq; camill9 ſ̃ hoc
iuuenalis inqt bi p̃stãtissimi uiri nisi loca pęnarꝫ & meritorꝫ re
seruari sibi existimassẽt neq̃q̃ tot & tãta fecissẽt: & tale ẽ illud

35

L. pisonis familia

Inferi manes

Curius dent

de amicitia plus apud me ualet noſtroꝝ maiorum autoritas qui tam religioſa iura poſteris tribuerunt qđ non feciſſent pfecto niſi ad eos aliquid pertingere arbitrarentur| Sulphura cum tæ dis|hunc morem purgationis libro. vi. eñ. ubi pura circumtulit unda dicitur Seruius ponit dicẽs luſtratio a circulatione dicta ẽ uel tędę uel uictimę uel ſuphuris| uel ſi foret humida laurus| Idem Seruius cum inquit Virgilius ſpargens rore leui & ramo fælicis oliuę: Refert morem fuiſſe ut huiuſmodi purgatio lau ro fieret Virgilium uero mutaſſe ut dicit donatus propter Au guſtum nam nata erat laurus cum eo in palatio unde triumphā tes coronari conſueuerāt: Et paulo poſt in eodem libro cū aliæ panduntur inanes ſuſpenſę aduentos Virgi. ſcribit aſſerit idem ſeruius tā apđ poetas q̄ apud philoſophos omnem purgationem triplicem eſſe Nam aut in terra purgantur quæ nimis oppreſſę ſordibus fuere: & dedite corpalibus blandimentis. i. tranſeunt in corpora terrena & hęc igne dicuntur purgari: ignis enim ex terra eſt quo exuruntur omnia nam cæleſtis nil perurit Aut in aqua. i. tranſeunt in corpora marina ſi paulo melius uixerunt. aut certe in aere trāſeundo. i. in aerea corpora ſi ſatis bene uix erunt: QVod in Statio legimus ubi đ auguriis tractat: Vnđ eti am in ſacris omnibus tres iſtę purgationes ſunt: nam aut tæda purgantur & ſulphure aut aqua abluunt aut aere qđ erat in ſa cris liberi hinc dixit Virgilius in georgi. oſcylla ex alta ſuſpē dunt mollia pinu Nam genus erat purgationis| Humida autem laurus|aqua aſperſa QVod Ouidius li iv. faſt. oſtendit dicens ẽ aqua mercurii porte uicina capenæ. Si iuuat expertis credere numẽ habet: Huc uenit incinctus tunica mercator & urna: pu rus ſuffuſa qua ferat haurit aqua uda fit hinc laurus lauro ſpar guntur abuda omnia quæ dominos ſunt habitura nouos ſpargit & ipſe ſuos lauro rorante capillos: Et cogit ſolita fallere uoce præces Ablue præteriti periuria temporis inquit ablue præte rito perfida uerba die & alia quibus morem purgationis intel ligimus ſcđm ueteres: Nā fides Catholica aliter t3 At amicus huius ſicut in cęteris ignarus ſnię ſulphure lauro aq̄ purgari ſo litos dicit & illū triplicē purgatōnis modū fuiſſe oſtēdit cū lau rus & aqua pro eodem capiantur| Niuernæ|de hac Pomponius mela meminit dicens ſuperbritānia Niuernia eſt pene par ſpa tio: Sed utrunq; equalis tractu littoꝝ oblonga cęli admaturāda ſemina iniqui. uerum adeo luxurioſis herbis non lætis mō ſed

etiam dulcibus ut se exigua parte diei pecora impleant & nisi pabula prohibeant diutius pasta dissiliant: cultores eius incódi ti sunt & omnium uirtutum ignari & subdit pietatis admodum expertes nónulli Iuuernam alii uiuernam appellãt| Orchades| orcbas in singulari teste Ptolemeo promontorium hiberniæ ẽ in plurali eodem teste insule sunt numero. 30. qđ etiam pompo nius mela asseruit QVamuis alii occeani septemtrionalis ultra Britãniam & citra thylem insulas esse tres & uiginti asserant ac tres tantum ex illis coli cæteraſq; desertas affirment Solinus uero hominibus uacare & siluis & herbis iunceis inborrescere nónullas dixit inherbidas harenamq; & steriles herbas detinẽ tes| Modo captas orchadas| Sue. de expeditione uespasiani in Britãniã trãslatus ẽ tricies cum hoste 9flixit duas ualidissimas gentes superq; xx. oppida & insulam uectem britanniæ ꝓximã in deditionem redegit partim auli palatini cõsularis legati par tim claudii ipsius ductu &c. igitur modo dicit captas| Minima nocte |britãnia insula teste Plinio inter septemtrionem & occi dentem sita est: Nam a Germania quæ sub septemtrione est in cipiens iuxta Galliam & Hispaniam occidentem uersus proten ditur: In hac tempore solstitii æstiui. i. cum sol intrat cancrum fiunt dies longiores q̃ in Italia & noctes breuiores et hoc tan to magis q̃to ad septemtrionem ipsa plurimum porrigitur: Nã teste Plinio Inst. li. ii. in Italia dies lógissim9 9tinet horas. xv in Britannia uero. xvii. ita ut breuissima nox nostra nouem re sultet horarum et illorum septem. licet uenerabilis Beda sex di cat in descriptione Britãniæ: et Solinus ait multæ aliæ insulę circa Britãniam sũt quibus thile ultima in qua æstiuo solstitio sole de cancri sydere faciente transitum nox nulla Brumali sol stitio perinde nullus dies| Armenius ȝelotes| ȝelote populi Ar meniæ lasciuissimi de quibus Iosephus de captiuitate iudaica lo quitur. Dicuntur igitur ȝelotæ lasciuiis imbuti. Martialis li. transcurrunt ȝelotæ leueſq; lanes q̃uis ζηλωτης apud græ cos æmulus et imitator dicitur: Ait ergo |ȝelotes| quidam. i. las ciuus siue horum Romanorum lasciuissimorum imitator quidã pro nomine proprio dicunt. | Armenius| qui uenit ab Armenia Hunc asiaticum libertum adolescentulum putamus quẽ mutua libidine 9stupratũ mox tędio profugũ Suetonius in Vitellio prodit: et subdit prouintia deinde decæpta manumisit ac p̃mo ipii die aureis donauit ãnulis sup cęnã cũ mane rogãtib9 ꝓ eo

36

Orchades

Britanni

ȝelote armenię

cunctis detestatus esset seueriſſime talem equestris ordinis maculam poetice ergo zelotem libertum intelligamus qui ab armenia Claudii & Neronis temporibus ſuenerat obſes| QVam uiſ in caligula Suetonius dicat| M. Læpidum M. Heſtorem Panthomimum & quoſdam obſideſ conſuetudine mutui ſtupri dilexiſſe| Tribunum uero| Vitellium intelligimus qui celerum equitum tribunus fuit: Vnde equeſtris ordinis maculam Suetonio dicit: & ante tribus honoribus & ſacerdotiis ampliſſimis auctū & ſubdit curam operum publicorum adminiſtraſſe: & uoluntate diſpari & exiſtimatione qui magiſtratus ad tribunos militum ſicut ad conſules pertinere uideē ſicut ex liuio colligiē Brachæ Diodorus ſiculus .cum de galatis & celtis ſcribit tradit eos ad terrorem intonſas ueſtes ac coloris uarii ferre quas illi uocant brachas| Artaxata| pluralis numeri ut citbera: Solema urbs eſt teſte Plinio. vi. bis maioris Armeniæ in campis ſita iuxta araxem quam Artaxas Tigranis pater Hanibalis ꝑſilio qui ad eum Anthiocō deuicto conceſſit omnibus rebus belli pacisq; oportunam condidit ex ſuoq; nomine appellauit Luculli quoq; tēpore tigranis regia fuit: Sed artaxata pro unaquaq; ciuitate & regione ponit| Mores prætextatos| nobilium & prętextatoꝝ Romanorum quia ſic moribus laſciuis inſtituti in patriam redeuntes eoſdem exercent & docent & ſic ſub mortuorum nomine paſſim Romanos principes & uiuentes ex morum ſimilitudine magiſ reprehendit licet enim per Othonem & Neronem inuehi palā uideatis clam tamē Domitianum & alios ſui temporis apud iꝑm magnos nec non reliquos principes male uiuentes carpſiſſe uidētur. ¶ Multa erāt mi Praxiteles in hac ſatyra dicēda quæ quia alii uulgares etiam tetigerunt omittenda cenſui Hæc uero tāq; magis uera ac non omnibus cognita ut tibi morem gererē ſcripſiſſe non penituit.

Finis ſcdę Satyrę.

Per. A. CN. QVirinum Sab. Vatem. Lau. in tertia li. i. Sa.

EXPOSITIO.

Actenus Praxitelis rogatu ſuperiores duas ſatyras interꝑtatus ſum: nunc nónullos Iuuenalis tū ut. R. d. rē gratā tibi tū ut uariis ſtudētibus ac me rogātibus nihil dnegaſſe uidear

qđ ex labore meo ac studio ꝓdesse queat locos expositurꝰ sum: ueꝝ qa uix ē aliqs qui Iuuenalē ex me uel ex aliis ñ audiuerit multis locis interpretandis nequaq̃ opus esse uideo. Tangam igitur ea tantum quę pingui Minerua uiri nō tetigerunt: tota igitur huius tertiæ satyre materia est ut Domitiani Neronisq; & aliorum sui temporis uiroꝝ mores | reprehendat | & Romę tu tam haberi uitam bonis uiris non posse ostendat: QVod ut aptius faciat amicum suū umbritium introducit causas discessus sui ab urbe recitantem & Romanoꝝ mores improbantem incipiā igitur a Sybilla quæ ΑΣΥΟΥΚΑΙΒΟΥΛΗ hoc est dei consilio componitur. dicit igitur | Vnum ciuem donare sibille | hoc est facere se ciuē cumanum: Nam cum decem Sibillas lactantius diuinarum institutionum libro referat cumanam annumerare uidetur: Sic ab Italis teste aristotile uocitatā cum antea Erythrea esset: hæc iusta cumas propinquū subterraneum thalamū habuit. est autem cumæ urbs Campaniæ prope Baias ad Tyrrenū mare humili colle sita quam teste Liuio. viii. ab urbe uenientes a Chalcide Euboiæ urbe ad nouas querendas sedes condiderunt dicēte Virgilio calcidicaq; leuis tandem super astitit arce. Strabo aūt ait cumas uetustissimum chalcidensium & cumæorum ędificium, antiquitate enim cunctas & Siciliæ & Italiæ urbes antecellit. ipsius autem classis ductores hippocles cumæus & Megasthenes calcidensis inter se pepigere ut horum quidem Colonia fieret horum autē appellatione nominaretur qua ex re hac sane ætate cumæ nuncupantur a Chalcidensibus tñ conditū putatur oppidum. & subdit. Nonnulli cumas ob cymata id est fluctus nomen duxisse memorant. litus enim proximum frequentibus habundat tergoribus quibus illisæ fremunt undæ | prochytam | quidam ciuitatem esse uolunt At Plinius insulā esse scribit dicens. Inarimes mons fuit qui terræ motum passus alterā fudit insulam quæ prochyta ab effusione dicta est: nam προχεω effundo dicitur. est enim in tusco mari & una ex eoliis sinu campano sita. unde Virgi. libro. viiii. eneid tunc sonitu prochyta tremit Et Ouidius inarimen prochytenq; legit in libro. viiii. Meta. Dionisius autem Halycarnasius a muliere prochyta dictam asserit ibi defuncta cum æneam sequæretur | Et Augusto recitantes mensæ poetas | Non poetas damnat qa iniquus esset si studioꝝ uigorē crimini daret: QVare in hoc uitiū ne incideret plinius in epistolis ait magnū ꝓuentum poetaꝝ ānus hic attulit

Cumę

prochyta

poetaꝝ prouentus

toto menſe Aprili nullus fere dies quo non recitaret aliquis tu uat me q̄ uigent ſtudia proferunt ſe ingenia hominum & oſten tant. Sed parcitatem Romanorum uituperant qui cogunt poe tas etiam auguſto menſe recitare ſi uiuere uolunt non q̄ ipſi re citationi adeſſe uelint ſed ut illudant qđ etiam Plinius ibidem damnare uidetur cum ait ad audiendum coitur pigre plerīq; in ſtationibus ſedent tempuſq; audiendis fabulis cōterunt: ac ſub inde ſibi nuntiari iubent an iam recitauerit an dixerit Prefa tōem an magna ex parte euoluerit librum tum demum ac tunc quoq; lente cunctanterq; ueniunt & ſubdit Sed tāto magis lau dandi probandiq; ſunt quos a ſcribendi recitandiq; ſtudio hęc au ditorum deſidia uel ſuperba non retardat Et ut bene pauperta tem oſtendat totam domum umbritii in| una rheda componii| aſſerit| Aduerteres arcus |bos laterītios a Romulo conſtructos ferunt ut antiquitatem & memoriam conditoris conſeruarent in marmoreos licet opibus florerent magis commutare Roma nos noluiſſe QVidam Horatii codicis arcus ueteres ītelligi tra dunt| madidamq; capenam| ratione fontium propinquoq; hanc portam fontinalem feſtus uiſus eſt appellaſſe alii latinam alii trigeminam alii hoſtienſem quę nunc ſancti pauli dicitur Vnđ luuius in bello macedonico cenſores inquit uiam ſternendam a porta capena ad martis ędem locauerunt & alibi ut fontinalē eandem oſtendat ait ædiles alteram porticum ad portam fonti nalem ad martis aram: qua in campos iter eſſet preduxere. unđ martialis li. v. Capena grandi porta qua pluit gucta phrigiūq; matris almeo qua lauat ferrum horatiorum qua nitet ſacer cam pus unde trigemina eſt dicta quia trigemini fratres exierunt horatii| nocturnæ amicæ| Egeriæ ait uxoris numæ ponpilii de qua Ouidius. xv. Met. &. iii. faſt. loquitur. Erat eim nympha nemoris Aricini. Vnde ait uallis Aricine ſilua precinctus opa ca eſt locus antiqua religione ſacer: Nemus enim illud uſq; ad Ariciam quæ iuxta uellętras a Roma uiginti milibus paſſuum diſtat: fere protendebatur Et hiſtoriam tangit Vt enim Liuiq primo ab urbe condita inquit cum numa religionem & dei me tum Romanis incutere uellet nec illi crederent ſine aliquo cō mento miraculo ſimulabat ſibi cum dea ægeria congreſſus noc turnos eſſe & eius ſe monitu quæ acceptiſſima diis eſſent ſacra inſtituere nanq; in nemus aricium ut alii ferūt intempeſtæ no ctis ſilentio ſe cum quibuſdam ſociis conferebat: Illico Cauo

38

quodam & umbroso specu solus submotis arbitris morabatur ad fontem uiuæ aquæ rediens comitibus ueneratóne perfusis cum dea Egeria se mansisse asserebat & illius monitu sacra diis accep tissima ordinatur. quare & illum locum camęnis consecrauit: di cente ouidio fast. lib. ęgeria est quę p̄bet aquas dea grata camæ nis. Illa numæ coniunx consiliumq; fuit | Iudæis quoꝝ cophinꝰ fænumq; suppellex | per cótemptum loquitur Cophinum inquit Corbem in quo cybaria ad sabbatum cóseruabāt | Fenum | uero nó q̄ fæno inuoluerent cibaria ut quidā insulsi existimant: Sed ad famem & reꝝ penuriam iudeorum etiam ostendendam posuit ut quasi fęnum comedere tunc Romæ cogerētur ueluti cum capta Hierosolima ciuitas a Tito Vespasiano fuit Nam ut refert Io sephus de captiuitate Iudaica summus historicus. eoꝝ qui ꝑ ci uitatem famæ: corrumpebantur infinita multitudo moriebatur omniaq; dentibus subigebant Deinde nec cingulis nec calciamē tis abstinuere coriaq; scutis detrahebant: quin etiam fęni uete ris alimenta uictui habebant cuius nonnulli exiguum pondus quatuor atticis uenundabant ueteris fæni dixisse Iosephum ex istimo ut non intelligeremus herbas quæ uirides aptiores esui sunt & sic principum Romanoꝝ auaritiam detestatur ꝓpter quā Romæ uix aliquis aut poeta aut philosophus uel uir bonus ui uere poterat sicut etiam ad sextum Mar. ait Si bonus es casu. uiuere sexte potes: & Suetonius in caligula de famæ Romana inquit ac nónunq̄ horreis pręclusis populo famē indixit & ut uere Domitiani tempora magis damnare uideatur: Illud de Iu dęis apud eundem Suetonium confirmabit: dicit enim pręter cæteras Iudaicus fiscus acerbissime actus est ad quem deferebā tur qui uelut improfessi Iudaicam intra urbem uiuerent uitam uel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissēt interfuisse me adolescentulum memini cum a procuratione fre quentissimo que consilio inspiceretur nonagenarius senex an circumsectus esset. Et in Caligula ait exhaustus ad rapinam có uertit animum. & subdit. negabat iure ciuitatē Romanam usur pare eos quorum maiores sibi posterisq; eam impetrassent nisi fi lii essent. neq; enim intelligi posteros ultra gradum hunc uole bant Igitur opus erat Iudęi domos códucerēt si habitare & usur pare uolebant uel | Nemora | Romę propinqua. qđ licet in Do mitiano non dicat minime refert quia quas unus princeps le ges sanxit nisi nouas alter ac diuersas códat illas ab eodē seruari

Nota Iudeorū famem

intelligimus: ſicq; quas Caligula fecit Domitianus ſeruaſſe uide
tur. pręterea omnium uitam pariter culpans Iuuenalis eorundē
uitia in Domitiano eſſe oſtendit Ideoq; dixerat omne in prę ci
piti uitium ſtetit | Omnis enim populo | Secūdum illud Suetonii
in caligula Nullo rerum atq; hominum genere omiſſo cui non
tributi aliquid imponeret Ideo | Silua | iudei ſiluas p̄ habitatio
nibus conducentes | mēdicāt | Electis camęnis | fuerat enim camę
nis a numa pompilio conſacrata: quibus repulſis nunc iudeis lo
cabatur | Silua | etiam ſtudium philoſophoꝝ ſignificat ut eſt apud
Horatium in Epiſtolis & Porphirionem ibi ſiluas reptare ſalu
bres Sed hic poeta quaſi rem indignam deflet quod locus came
narum prius iudeis locaretur niſi | Electis camęnis | philoſophi ſ
intelligamus. QVorum appellatione & poetas intelligimus QVa
re Suetonius in Domitiano: philoſophos inquit omnes urbe
Italiaq; ſubmouit q̄ peti Thraſeę & Heluidii laudes edidiſſent
| Artorius & Catulus | id eſt ſimiles Artorio qui & perſicus etiā
dictus eſt: erat autem diues & orbus ideoq; dilectus hūc ego pu
to eū Sex. f. cuiꝰ iſcriptio ī ędē. S. Iuuenalis apd̄ Ameriā habeē
taliſ. Sex. Artorio Sex. f. pri p̄conie c. f. poſſille matri Sex Ar
torio Sex. f. fri. L. artorio Sex. f. fri artor. A Sex. f. ſcd̄a fecit
| & Catulus | hunc p̄ pediconibus poſuit nam ut ſupra diximus
Valerius Catulus teſte Suetonio Caligulam ſtupratum a ſe ac
latera ꝰtubernio eius defeſſa uociferatus ē. | QVi nigrum in can
dida uertunt | hos libertinos intelligit laſciuiſſimos ut. n. Sue
tonius tradit Domitianus quędam Ex maximis officiis inter li
bertinos militeſq; Romanos ꝰmunicauit | Incandida | Sic ouidi.
QVi faciem aſſuerat patrię non degener artis Candida de nigriſ
& de candentibuſ atra id eſt uitia in uirtutes. ex quibus uitiis
proemia accipiebāt nā neq; alii preter coraulas aut citbardos
cornicines tibicineſq; in precio erant in tempore Neronis &
Domitiani quorum artes pecunioſas Martialis appellauit de lu
pi filio erudiendo loquens. QVin & uiliſſimiſ quibuſq; contra ri
tum antiquum gladiatoria edere munera licebat. hinc martia lis
Daſ gladiatores ſutorū regule credo dixit | Municipalis | quia
in municipiis fiebāt ludi | Verſo pollice | mutata fide populi &
in ſuum fauorem attracto uulgo | Populariter | igitur cum fauore
populi | Et p̄bere caput fieri | ſeruos ſic Claudiano q̄ ſerui uende
rentur ſub haſta oſtendit in eutropium dicens. Non pudet heu
ſuperi populos ueniſſe ſub haſta. Vendentiſ certe pudeat q̄ Iure

ſepultum. Mancipium tot regna tenet tot diſtrahit urbes & A. gellius. loquitur | munera nunc edunt | idem Claudianus inquit & uenditus ipſe uendere cũcta capit | Ranaꝫ uiſceri nũq̃ | neq; intelligamus nunq̃ ipſum umbritium inſpexiſſe uiſcera quia cõ ſtat eum ſepe inſpexiſſe cum fuit aruſpex ſed ad promittendum funus patris nunq̃ inſpexiſſe dicit Cornelius enim tacitus eſt autor xviii. KL. Februar. ſacrificanti pro ẽde apollinis Galbe aruſpex umbritius: triſtia exta & inſtantes inſidias ac domeſti cum hoſtem prędixit audiente Othone nam proxim9 aſſiſtebat alium preter hunc umbritium & illius temporis non memini me legiſſe Nam de eodem Plinius lib. vii. umbritium inqt aruſ picum in noſtro ẽuo peritiſſimus cum de uulturibus ſcribit | QVis nunc diligitur | Theleſinum notat. Vnde Martialis cum coleret puros pauper theleſinus amicos. Errabat gelida ſordi dus in togula Obſcẽnos cepit poſtq̃ curare cinedos. argẽtũ mẽ ſas prędia ſolus habet. uis fieri diues bithynice conſcius eſto. Nil tibi uel minimum baſia pura dabunt | Verri | furi qualiſ uer res | Grẽcam urbem | Cecilius rerum Romanaꝫ ſcriptor. ſignum põit Romam origine Grẽcam eſſe urbem quod penes eam more patrio ſacrificium græcum herculi dicatum exiſtat & Romanuſ . p. Euandri matrem nymphaꝫ unam exiſtimãtes p̃cipuis uene rentur honoribus tranſmutato pronicoſtrata noĩe eam carmẽtẽ appellantes &c. At amicus | Græcam urbem | Græcos circenſib9 additos interpretatur quibus princeps oblectabatur & ſcẽnicis ludis & theatra eſſe refercta ſeruis ait ſed certe græcam dixit propter originem. | QVamuis quota portio fecis achiuæ | uere inquit pauci ſunt græci reſpectu aliorum populorum qui ſunt in urbe tamen hos populos mores græcos ſeruantes non facile ferre poſſum: hec autem propter greculum illum qui in etruriã penetrãs bacchanalia docuit & ideo fecis ait achiuę ne bonos Romanos qui greci ſunt damnare uideat | Horontes | teſte Pli nio. v. hiſtor. fluuius Syrie intra lybanum & ante lybanum mõ tes iuxta heliopolim naſcens eſt & antiochiã epiphanen dictã diuidit Syros arabaſq; ueniſſe QValis paris Panthomimus fuit ſignificat | Obliquas chordas | nõ genus tibiæ quæ obliqua dice retur notauit ut ille amicuſ ait ſed quia chordę obliquantur & tranſuerſe intenduntur | Gentilia tympana | more gentiſ ſuæ. in ſtrumenta ad pulſandum apta. præcipue matri deum conceſſa | Et ad circũ iuſſas proſtare puellaſ | bene Syroſ puellaꝫ ꝑſtituẽdaꝫ

morem induxisse ostendit Nam ut Herodotus inquit Assyrii ubi uirgines effecte sunt nobiles eas congregant & uniuersas unum in locum conducunt quas circumstante uiroꝝ frequentia surgens p̄co sigillatim uendit. Sed primum pulcherrimam omnium secundum hanc ut cum plurimo uendatur auro aliam euocat que post illam est speciosissima uenduntur autem in cōtuberni um quaꝝ pulcherrimas quasq; Babyloni. qui locupletes & iidē celibes sunt mercantur: & alia que. deplebeiis subdit: Vnde bñ hystoriam tangit quam Suetonius in Nerone scribit Ad athletarum spectaculū inquit inuitauit & uirgines uestales que olim quoq; pie cereris sacerdotibꝰ spectare ꝯcedit: Sed magis Iuuēalis illud respicit qđ in caligula. Idem Suetoniꝰ. prodit dicēs: At neqđ nō manubiaꝝ genꝰ experiret lupanar ī pallatio cōstituit: đstructisq;. & ī structis ꝑ loci dignitate ꝯpluribꝰ cellis ī q bꝰ matronę īgenuiq; starēt misit circūfora & basilicas nomēculatores ad imitādos ad libidinē Iuuēes. senesq; p̄bita adueniētibus pecūia fęnoris appositiq; q noia palā subuocarēt. q̄i adiuuantium Cęsaris reditus: Erat quoq; & circꝰ apud palatium ideo in eos poeta. exclamat | Ite quibus grata est picta lupa barbara mitra | est. n. mitra teste seruio iiii. lib. ęñ. incuruus pileus de quo pendebat buꝫarum tegmen: QVo phrygii & lydii utebantur idē hyarbas in ęneam dixit Męonia mentum mitra crinēq; madentem & uocabidum barbarum est hac mitra meretrices quę ex syria profectę fuerant Romam utebantur ex more etiam gentis Nam Herodotus inquit assyrii capita crinita habentes mitris redimunt | Rusticus ille | nec me fugit rusticum etiā nomen esse ꝓprium de quo. Cor. tacitus & Plinius nepos nec non Martialis meminerunt dicebatur enim rusticus Arulenus. Sed hoc magis dicit Romani etiam tanq̄ rustici & lasciuiarum ignari lasciuas uestes inde sumere didicerunt QVare ait | Chirodita | ē enim teste. A. Gellio lib. vii. tunica prolixa ultra bracchia manus totas ac prope digitos operiens unde nomen assumpsit: quam ferre Romę atq; in omni latio indecoꝝ fuit unde. p. Aphricanus in. p. Sulpitium Gallum hominem delicatum hec uerba obiectauit: Nam qui quottidie unguentatus aduersum speculum ornet cuius supercilia raduntur qui barba uulsa seminibus quę subuulsis ambulet qui in conuiuiis adolescentulus cum amatore. cum chirodita tunica accubuerit: qui non modo uinosus sed uirosus quoq; sit eum ne quisq̄ dubitet quin idem fecerit quod cynedi

Latra

hyrodata tunica

facere ſolent: de ea quoq; Virgilius locutus eſt Et tunicę manicas & habent redimicula mitrę QVidam| Recidiuia ueſtimenta| paraſitorum legunt quibus biſtriones utebantur quando poſt ludos ad cenam ꝓficiſcebantur unde racos ueſtem & pellem & dipnon cenam ſignificat alii dicunt eſſe quib9 ingymnaſio utebantur. eſt etiam in textu antiquo rhacodyta & ſic eſſet ſenſus rhacodyta aliquis ab illa ciuitate in Alexandria & loco ubi tẽplum ſerapidi atq; Iſidi factum fuit. t. Cor. ta. ueniẽs factus tus ruſticus o quirine id eſt incola uel accola ſumit niciteria & fert quamuis collo unguentato qđ eſt contra morem Romanũ & decus &c. & hoc magis dolet Vmbritius| Ceromatico fert niciteria collo Ceromatico| Plinius ait Non multum a puluere puteolano diſtat e nilo arena tenuiſſima ſui parte non ad ſuſtinenda maria fluctuſq; frangendos ſed ad debellanda corpora paleſtrę ſtudiis unde certe patrobio Neronis principis liberto adue bebatur QVin & leonato & cratero ac meleagro Alexandri magni ducibus ſabulum hoc portari cum reliquis militaribus cómertiis reperio. plura de hac ꝓte nó ſum dicturus, nó Hercules magis quam de terre uſu in ceromatis quibus exercendo iuuentus noſtra corpora uires animorum perdidit. ceromatico igitur hoc eſt unguentis delibuto: ſicut aſſyrios quos toto corpore unguẽtis delibutos Herodotus tradit| Niciteria| autẽ ornamenta uictorię dicuntur a νικη quod eſt victoria| Iſeo torrentior| Iſęus fuit declamator admirandus Romę teſte libanio grẽco Sophiſta de quo QVintilianus loquitur & Plinius nepos qui eiſdem temporibus fuit in epiſtolis dicens Magna Iſeum fama prẽceſſerat maior inuentus eſt: ſumma eſt facultas copia ubertas dicit ſemper ex tempore Sed tanq; ſcripſerit diu & reliqua quib9 merito torrentem appellat Iuuenalis ſed extemporaneã orationẽ x. de inſti. Oratoria QVintilianus irridet & neſcio an forte cõtra Iſeum loquatur cum dicit declamatores quoſdã peruerſa ducit ambitio ut expoſita ꝓtroverſia protinus dicere uelint & ſubdit ſed tam contumelioſas in ſe ridet eloquentia alii| Sicyone| inſula in mari ægeo ex oppoſito ad epidaurum quam eminẽtem & altam Pliniuſ dixit. & ideo Iu. alta dicit nanq; eodẽ. t. urbi etiam laconię habundanſ oliuetiſ eſt| Iſęum fluuium dixere hic intelligi. alium| Iſęum| memorat Plutarchuſ in demoſthenis uita eiuſ ꝓceptorem| Conchylia| piſces ſunt in mari aſſyrico et indico ex quoꝝ inciſis conchis emanant lacrimę quibuſ purpura tingiẽ

dicunęq; etiam murices ac ſarrę unde Sarrano dormiat oſtro Virgi. dixit: Et alba neq; aſſirio fucatur lana ueneno Dicit igitur Iuuenalis certe ego fugiam mores greculoꝝ laſciuiſſimos ingenio & eloquentia reliquiſq; artibus pbucatos tāq̃ lanam purpura tinctam: QVidam purpuratas adulationes uolũt intelligi Plinius cum de piſcibus loquit̃. non eſt ſatis inquit gemmę nomẽ amethiſtum rurſum abſolutus inebriatur tyrio ut ſit ex utroq; nomen impbum tyriamethiſtus ſimulq; luxuria duplex & cum confecere conchylia tranſire melius in tyrium putant pęnitentia hoc primum debet inueniſſe artifice mutāte quod damnabat Inde ratio eſt nata uotum quoq; factum e uitio portẽtoſis ingeniis & gemina demonſtrata uia luxuriæ ut color alius operiret̃ alio ſic itaq; iſti græculi prauos mores & laſciuos eloquentia & oſtentatione quaſi coloribꝰ quibuſdā tectos habebant &c| QVo pruna & coctona uento| hoc eſt uenalis ſicut pruna & coctona quæ genera ficorum ſunt paruarum Martialis .vii. paruaq; cū canis uenerũt coctona prunis: Et alibi ſi maiora forẽt. coctona ficus erat & Plinius lib. xvii. hiſt. ficorum caritas minor ẽ eiꝰ generis quæ coctona uocant: Et ſecundum græcos ab urbe Syrie cocton dicta denominant̃| Vſq; adeo nihil ẽ quod noſtra infantia cęlum hauſit auẽtinum| Intm̃ dicit dignitatis & potentie uenere. hi uenales ſerui ut nos nihil ualeamus: q̃uis Romę abinfantia uixerimus: & fructibus qui ex ſabinis Romam portabãtur nutriti fuerimus: quaſi dicat nec prodeſt nobis Romę nos eſſe natos. & Romanos eſſe quia omnia officia greculis dantur ſicut de Domitiano diximus ſupra unde infra| Non eſt Romano cuiquã locus hic| &cet. |Ceruicibus equat herculis antheum| Tales inquit adulatores principis ceruicem & membra laudantes herculi comparabant Nec ſine ratione a poeta hoc dictum ẽ quando Suetonius in Nerone inquit deſtinaſſe imitari herculiſ facta: p̃paratumq; leonem aiunt quem uel claua uel bracchiorũ nexibuſ in amphitheatri harena ſpectante populo nuduſ elideret| Antheum autem procul a tellure tenentiſ|: Ideo quia ut idẽ Suetoniuſ aſſerit exiit poſt ſcęnicaſ coronaſ opinio proximo luſtro deſcenſurum eum ad olympia inter athlætaſ: nam luctabat̃ aſſidue nota eſt fabula herculiſ & anthei luctatoriſ quã lucanus lib. iiii. & ouidiꝰ aliiq; ſcripſere: fuit enim Gigaſ libycuſ| Vocẽ Auguſtam| quo deteriuſ nec ille ſonat cum admiratione ait Adulatoreſ audiebant Neronem cantantẽ. cum galli nec deteriorẽ.

eō uocem haberēt: nō dixit ipm nec deteriorē gallis uocē habu
isse quia illud adulatorum intererat: hoc autē ideo poeta fingit
quia ut Suetonius est autor. ascriptū columnis fuit iam gallos
Neronem cātando excitasse intelligamus autē gallos imitatum
inter hos adulatores burrhū & eqtes Romanos Cor. ta. de Ne
rone ꝯnumerat postremus Nero scenas incendit multa cura ten
tant cythară & pmeditans assistētibus. facies abscesserat. cohors
militū Centurio tribunique: & Mestus burrhus ac laudans: tūcq
primum cōscripti sūt eqtes. Romani cognomētum. Augustano
rum etate ac robore conspicui & pars ingenio procaces: Alii in
spe potentie bi dies ac noctes. plausibus psonare formam prin
cipis uocemq; deum uocabulis appellantes qi p uirtutē clari ho
noratiq; agere Amicus autem inqt de gallis populis intelligen
dum a Nerone cantando excitatis illud Suetonii sed aptius ut
nos dicimus. nam & ipse fatet QVintilianum dicere uocem esse
supra conatum cui greci nomen a gallox cātu dederunt. Anthi
ocus & stratocles. & Demetri9 comedi fuerunt: plures quoq; de
metrios. fuisse. de quibus Laertius & alii loquūt ꝯstat in sermo
nibus antiquas comedias lege sed tantum lycinii calui uersus &
Valerii catuli modulari: & simiam appellauit de quo Porphyrio
loquit & de hoc poeta hic intelligit & simili Molli oemo de
hoc QVintilianus & in Satyra Credo pudicitiā Dicas hec mol
lius Oemo qq & carpophoro nam mimus fuit & statio in siluis
huc intrant faciles oemi puelleo Iactare manus a facie qđ qui
dam grauiter & acute loquentes. facere solent ut digitis in cico
niæ rostri similitudinē compositis manus nunc in faciē flectāt
suam nunc a facie sua in eum ad quem loquitur dirigant & gem
mas interdum tendant in ora manus ut Martialis ait Sitrulla
inuerso crepitum dedit aurea fundo quidam uolunt legi Lau
dare paratus sonitum illum turpem diuitis si pepedit. Cum lega
mus apud Suetonium in claudio meditatum edictum quo uenia
daret & flatum crepitumq; uentris in conuiuio emittendi cum
periclitatum quendam p pudore ex cōtinentia reperisset: tamen
magis bęret. michi trullā pro uase hic intelligi Dicit enim Idem
Suetonius in Nerone nuntiata exercituum. defectione litte
ras prandenti sibi redditas discerpsit mensam subuertit: duos cy
phos. gratissimi usq homericos uocatos solo illisit Inuerso ergo
fundo id est in solum piecto qđ qdem adulatores ꝯmendabant
Nam quod amicus ait de uase aureo In quod onus uētris luxurioſi

41 Galli uox

Anthicus Stratocles Dem
Demetrij plures

Emus

pedere

Trulla

cia meminit Liuius li. xx. quomodo fuit uirgo uestalis & incesti damnata. Et Valerius li. viii. tradit hanc cribro ex Tyberi aquam hausisse ut accusatam falso se incesti ostēderet. Ita enim uestam allocuta est O dea uesta Si semper castas admoui tuis sacris manus effice ut e Tyberi hanc cribro hauriam aquam & in ędem tuam perferam qđ obtinuit hanc eādem Hyeronimus ad Iouinianum scribens Claudiam appellare uidetur. igitur p hāc uestalē aliquam poeta intelligit QVidam codices| Tuscia|habent qđ non displicet cum sequatur| Appula| Solent enim sæpe a locis mulieres nomina sortiri: & sic tuscia aliqua mulier a tuscia Romam aduecta sicut appulla ab appulia| Attendit tymele|attē te aspicit | Subitum|improuisum mēbrum ioculatoris|& miserabile|hoc est & cuius ipsa miseretur cum uidit arrecta uirilia ió |Longum|dicit. i. arrectum quasi ipsę mulieres ad lasciuiam ipsos ioculatores incēderint & prouocauerint adeo ut ipse quoq miserentur. sic enim uerius interpretabimur inam quidā uolūt notari per subditum gestus inchironomia alii enim subiti alii i miserabiles alii longi sicut in ditirambicis alii gestus dicebāt. Simi alii chirocalathi alii omissiolini & primam corruptionem ex saltu ortam quæ pyrrhica dicta. i. saltatio armata sola in theatro exercebatur integris urbis moribus addunt postea gaditanos modos & græcorum saltationes ueniisse in usum oberaterim .i. chironomiam manibus Thermastri pedibus elactissimā calcibus ad humerum iactis a mulieribus fieri solitas species esse. |Tymele tunc rustica|in experta non mirum ergo si Romanæ assuetæ discunt Tymele autem aliqua similis tymele| Atq; a plebeis longe megalesia|subaudi quotiens sunt,idest sunt remoti plebeii nā ex nobilibus remanebāt cū ipsis mulieribꝰ igiē magis repbēdit ludi. n. megalesia appellati magne matri deum cōsti tuti sunt de qbus liuius in bello macedonico. M. Iunius Brutꝰ inqt ædē magnæ matris deū in palatio dedicauit & ludos ob eā dedicationē factos megalesia appellauit & a μεγα qđ ē magnū qdā deducunt alii a ciuitate gretiæ male denominant| Accius| licet poeta olim fuit đ quo Ouidiꝰ đsine titulo acciꝰ esset atrox quiua terētiꝰ eēt tñ recitatorē intelligit & eum qdē de quo Sue. ī tiberio meminit dicēs neq; spectacula oio edidit & his q̄ ab alio quo ederēē carissime interfuit neqt exposcerēt utiq; postq̄ gmedus acciū coactꝰ ē manu mittere ob mēoriā igiē hniꝰ pditissime, mulieres bitꝰ illos sumebāt|urbicꝰ|pōpeiꝰ urbitꝰ dicebaēq fuit cōscius adulterii messalinæ ac filii & Martialis sepe de eo loqē similiterq; de Vrbico infante & de mimo| Atbellane| comæ

Clancha

Megalesij ludi

Accius

Atellane comedie

die dictæ ab Athella in qua recitari consueuit est enim oppositum campaniæ in quo amphiteatrꝫ eggregium fuit ubi ludi Athellani dicti ac representationes fieri consueuere. de quibus Euantius qui & donatus iuba in terentii cõmentario| Autonoes|cadmi filia fuit thebarꝫ regis ex Hermione teste Hesiodo. in theogonia sed hanc pro mulierę referẽte ipsam ponit dum Camædia siue Tragędia de autonoe facta recitabat| Helia pauper|hunc diligit inqt nec nominat ipsum: sed constat narcissum Claudii olim libertum hanc amasse. Helia enim petina dicta. ẽ dicente Cor. ta. li. xii. At helia petina e familia tuberorũ Narcisso fouebatur. Sed hanc pro qbus similibusq; posuit| Pauper| autẽ ideo: quia tuberonum familia paupertate insignis fuit. licet uirtute claruit qđ Valerius Antias libro. iiii. ostendens dicit helios de familia Helia quidecim fuisse. & pro possessione unam domunculam tantum habuisse ubi mariana monumenta fuerunt & unus fundus qui multo minus cultores q̃ dominos desiderabat: hæc quoq; loca ob uirtutem ipsis donata fuerant: ac ex eius familia nemo scrypulum argenti habuit: Tandẽ paulo perse rege deuicto ex macedonum preda QVinq; pondo argenti. Q. Helio tuberoni donauit genero suo QVo decedente helii restituere dotem non poterant nisi fundum uendidissent laudãda tamen paupertas uoluntaria tuberonum: Mar. dic mihi simpliciter comedis & citharedis fibula quid prestat carius ut futuant. nam a mulieribus trahebantur comædi & amabãtur Mar. Comedi tres sunt sed amat tua paula lupce q̃tuor|chrisogonum| de hoc meminit in tertio libro & a κρισος aurum & γονυ genu uel angulus id est aureum genu uel angulus componitur. |Hispulla tragedo|hæc uxor fuit Corellii Rufi de qua Plinius nepos in epistolis loquitur. Sed pro similibus poeta accipit |An expectes ut QVintilianus ametur|non enim licet hæ mulieres nobiles essent nobiles & litteratos amabãt. Sed Istriones aut ioculatores & libertos|celestissimos| Citharedus echion| Sic quidam legunt uerꝫ alii Etion ut sequens uocalis e detracta sit nã Eetion dicit hic teste Clemente in stromateis Samothracũ cerimonias rituq; cõstituit in qbus qa cythara utebatur Iuue. p aliquo cytharedo illi simili posuit alium hoc nomine patrem Andromaches uxoris hectoris Homerꝫ. Iliados libro sexto memorat qui apud Cyliciæ thebas agens Cylicensibus imperauit. Et Eetion accentum in antepenultima: Hic autem Iuuenalis.

in penultimam transtulit hinc illud Eetione thebas legimus. Sed Horatius Maiuſ. Echioniq; thebæ dixit li. iiii. carminũ & ut Acro expoſuit ab echione condite qui fuit pater penthei gener cadmi quẽ nec minus citharædum fuiſſe intelligimus qñ teſtudinis ſono thebæ cõſtructæ leguntur q̃ obrem potuit poeta citharedus echion dixiſſe. Et uide in Mar. li. vi. de Cinna pr. ex Marulla cinna factus es ſeptem ſed amicus male ſocũ cadmi echionem dicit| Glaphyrus| citharedus interptat feſtiuꝰ Sed ioculator fuit de quo Mar. li. plaudere nec cano plaudere nec glaphyro & ameriæ inſcriptio eſt ſaxi glaphyrus roſciꝰ uilicus cum amerini boui hiſtriones fuerint ſicut ſex. roſcius. | Ambroſius ue coraules| nomen eſt ꝑſum uel aliquis choraules inquit Ambroſius ambroſiæ ſucco cõſperſus. nam choraules modulator in choro dicitur a χορος & αυλος tibia unde Suet. in uita Galbæ refert. cano choraulæ mire placenti. eum denarios quinq; donaſſe: Mar. quoq; ad Lupum inquit. Artes diſcere uult pecunioſas fac diſcat citharedos aut choraules ſed etiam choraules nomen eſt proprium. de quo hic forte loquitur qui ambroſia conſpſus erat de quo Sueto. in uita Neronis inquit: uouiſſe ſi incolumis ſtatus ei permanſiſſet. ſe perditurum parte uictoriæ ludis hiſdraulam & choraulem| Lentulꝰ canopæo. nõ q̃ poſthumus lentulus uocaretur. ſed quia mulierem caſtam ſperabat qualem habebat lentulus cruſellio: hic enim uxorem habuit filiam Sulphitiæ mulieris caſtiſſimæ igitur matrem pudicitia & ſanctitate morum imitata eſt. nam & ipſe Iuuenalis dicit ſcilicet expectas ut tradat mater honeſtos. atq; alios mores q̃ quos habet: hec autem ut Valerius eſt autor li. vi. teneri nõ potuit quo mins in Siciliam uirum ſuum proſcriptum ſequeretur nec recuſauit ſe ipſam proſcribere ut ſua fides in coniuge cõſtaret nam de pudicitia matris Solinus inquit at ſulpitia patricuſi filia. M. fuluii flacci uxor cenſura omnium matronaꝝ e centum probatiſſimis haud temere delecta eſt quæ ſimulacꝝ ueneris ut Sibyllini libri monebant dedicaret Amicus autem ſolita temeritate ait lentulum bartiacum intelligi laniſtam & poni ꝑ quocunq; laniſta quia fuit plutarcho teſte nobilis uerum poeta non niſi ad urſidium loquit| Euryalum| ſimilẽ eurialo de cuius pulchritudine Vir. li. v. & viiii ſcribit tutator fauor Euryalum lacrymeq; decore| Gratior| & pulchro ueniens in corpore uirtus| tales ergo mulieres amant| Aut mirmillonem| Gladiator erat

ętate Domitiani Vnde Sueto. ſcribit Domitianum quendā patremfamilias q̄ orchetem mirmillon parem dixerit detractum e ſpectaculiſ in harenam canibus obieciſſe. Idem in Nerone inquit Statim ipſum Neronē ſpetilium ac mirmillonem uel quē libet alium percuſſorem cuius manu periret requiſiſſe idem in eodem ſpetilium mirmilonem triumphalium uiroꝝ patrimoniiſ ædibuſq̄ donauit| Cathedras| in quibus inceſtæ mulieres ſedebant Mar. iter fęmineas tota qui luce cathedras| Hippia ludū Ironice ſic uocat quia alia fuit hyppio ſiue hyppa de gente graecorum quę cum eſſet excepta hoſtium claſſe teſte Valerio et morte pudicitiam tueretur in mare ſe abiecit. hęc quoq̄ nauigare uoluit. a ſimili igitur uxorem ueiętonis ſenatoris| Hyppiā| appellat nauigātem licet diuerſa mente| Ludum| .i. gladiatorē QVin & hippius neptunus dictus. t. Diodoro quaſi equoꝝ domitor| Famoſaq̄ męnia lagi| lagus gregarius miles fuit & uilis pater tamen primi Ptolemei regis Egiptiorum de quo Iuſtino meminit| Famoſa| autem dicit quia Canobus gubernator nauis Menelai ibi mortuus eſt & ſepultus nomenq̄ dedit inſulę & ciuitati q̄ eiuſdē nominis Alexander condidit a quo poſtea Alexandria dicta eſt. Alii propter mortem pompeii alii ꝓpter Cleopatram & Anthonium| Famoſa| dixere. alii propter licētiam libidinis in illo loco| Sergiolus hic| idem. Cn. Sergius Silo dicitur. de quo meminit Valerius qui cum matronam quandam ſtuprare uoluiſſet. Metellus celer eum damnauit a ſimili ergo hic gladiatorē| Sergium| &| Sergiolum Diminutiue ponit qui uxorem ſenatoris ſecum ducebat requiem miſſionem mēbro cæſo gladiatores impetrabant. Mar. nuper cum myrino peteretē miſſio læſo| hiacynthos| amari tanq̄ hiacynthum puerum formoſiſſimum de quo Ouidius & plures ſcripſere| Dormire uiꝝ cum ſenſerat uxor| Meſſalinā dicit matrē britannici de cuiꝰ laſciuia Cornelius Ta. & Sueto. plenius ſcripſere| Et nigrum flauo| Seruius in quarto Nondum illi flauū abſtulerat proſerpina crinem allegat hunc uerſum Iuuenalis Et nigrum &c. dicēs Matronis nūq̄ flaua coma dabatur ſed nigra ita etiam calcei teſte Horatio Virgiliū aūt illā didoni dediſſe q̄ſi turpi| Cētone| tegmen qđā ſignificat ſup qđ iacēſ fouebaē qđ uulgo Sclauinā dicunt & qa iā attritū erat nimia conſuetudine| Veteri| ait đ quo plauto in epidico ait q̄n tu aliū q̄ras cui cētones ſortias p pāno enim lineo quo meretrices ſe tergūt ñ memini aꝑ bonoſ legiſſe

Messalina luxu

63

Cella meretri

Lupa meretrix

Hippomanes

Cesonia

|Nec dum satiata| Pli. Messalina Clau cæ. coniunx hāc regalē existimans palmam elegit in id certamen nobilissimam e prosti tutis ācillam mercēnarię stipis eamq; die ac nocte supauit qnto ac. xx. concubitu & ante ait homini tantum primi coitus penitē tia augurium. s. uitę a penitēda origine & subdit omnibus oris diey; noctiumq; agere cæteris satietas in coitu homini nulla: |Cellam suam| sibi assignatam litteris in fronte scriptis Marti. intrasti quoties inscriptæ nomina cellę| Obscurisq; genis| tur pis faticularium opus deturpat oculos| Fumo lucernę| spurcam enim habent meretrices lucernam. Mar. QVod spurce moriens lucerna ledæ| Hippomenes| nomen proprium uiri fuit qui Ata lantam cursu superauit tribus malis aureis eam uincere a uene re edoctus: Sed hic uirus significat defluens ex equoy; ingui nibus quo tempore in amoris furorem ferūtur. Vnde Tybull9 libro Hippomanes rabidæ stillat ab inguine æquę & Virg. li: geor. iii. Hippomanes qđ sępe male infecere nouercę & est neutri generis dicituq; ιππων .i. equoy; & μανια furia Hesidorus uero & Theocritus herbam esse dicunt qua ue scentes equi furorē patiuntur unđ in scđa egloga ait theocrit9 ιππομανες φυτον εστι παραρκαδι ω) επι πακαι πωλι &c. Hoc est hippomanes herba est in Arcadia cuius uirtute omnes & pulli insaniunt & ueloces equæ. &. n. φυτον apud græcos omnia significare potest preter homines & lapides ut moscopu lus ait in theocrito cómentarius quidam autē negligentes a ma no manas deriuant| Carnemq;| nónulli carmen. i. incantationes legunt quas ut perimant priuignos nouercæ faciūt. Sed si car nem legimus quędam est pellicula in fronte pulli hanc Plini9 uult Hippomanē dici caricæ magnitudine colore nigro qđ statī deuorat feta alioquin ad ubera fætum non admittit hanc uene ficæ statī abscindunt anteq; mater equa preripiat & in toxican dis priuignis uel aliis exercent de qua Virg. li. iiii. eñ. quærię & nascentis equi de fronte reuulsq; Et matri præreptus amor: & Seruius de ea loquitur| Cæsonia| Hæc uxor cuiusdam fuit: cuius nomen Suetonius non posuit. sed scđm quosdam Sergii sulpicii uxor fuit ex quo trium filiarum mater erat. Sed neq; facie insigni neq; ætate fuit integra sed luxurie ac lasciuiæ pdi tæ. hæc tñ nó pudicitia ueq; dotis magnitudine a uiro suo lauda bat. qđ Iuue. repbēdit Inđ mar. uxorē q̄re locuplętē ducere no li quęritis uxori nubere nolo meæ. Inferior matrona suo sit ps

ce marito Non aliter fiunt femina uirq; pares. Sed forte hic maritus qui eā laudabat. C. cæsar caligula quā ardentius & constantius amauit ut sæpe chlamyde pallaq; & galea armatā & iuxta ad equitātem militibus oñderet amicis etiā nudā quā enixam uxorio nomine dignatq; est. uno atq; eodem die ꝓfessus maritū se eius quantum etiā fuerit auarus. C. cęsar caligula ꝑ Suetoniū late patet | Bibulæ sertorius | hunc memorat Martialis Rē peragit nullam sertorius inchoat omnē. adeo ut dicat futuentē nō perficere | Bibulæ | autē a frequenti potu dictę. semper. n. sitiūt ac bibunt ideo ab ouidio dipsas anus illa dicta quę bibula erat cum ait Audiat est quędā nomina dipsas anus. Ex re nomē hēt | Ouem canusinā a | Canusio ciuitate in apulia ubi optima pascua nascuntur ideo | Canusinā | optimam dicit quia ibi pasta est. Plinius cum de lana loquitur ait. lana aūt laudatissima Apulica & quæ in Italia græci pecoris appellatur Italica tertium locum mileſiq; oues obtinent Appule breues illo nec nisi pennulis celebres Circa tarentum canusiūq; sūmā nobilitatē habet. Et subdit de colore hispania nigri uelleris præcipuas habēt pollentia iuxta alpes canusia rutili quas erytras | uocant. Itē betica ut canusium fuluas tarentum ac suæ pulliginis | Mercator Iason | tāq; Iason hoc ē ab uxore coactus sicut Iason a pelia patruo qui gratia aurei uelleris in colchon insulam nauigauit. & sic more suo accōmodat similitudinem | Casa candida niue | superfusam niuem obstare nautis scđm quosdā inquit alii signum celeste casam uolunt alii tentoriū nautaq; Sed certe de celesti signo magis loqē hoc ē de lacteo circulo qui in sphęra uidē & philosophi lacteā uiam appellant a candore & albedine quia alba est đ qua Ouiđ. met. li. i. Est uia sublimis cælo manifesta sereno Lactea nomē habet candore notabilis ipso. Hac iter &c. nónulli lacteā uiā: t. Isodoro uocant quā sol circuit. et candor ipsius multitudine. n. stellaq; seu candore illo solet nautis obstare. nā cum nautę nauigare sine arcti auxilio uix possint et semp illā respiciāt uia illa lactea impediunt quo minus aspicere arctō possint et | casam | poeta appellauit cum uideatur locus in cælo albus et sepatus | Candidā | autē a sui candore dixit | Chrystalina | hoc ideo dicit qa Plinius etiam refert quandam matrēfamilias nec diuitem mercatā trullā unam chrystalinā. cl. milibus et eodē loco effodi quo murrhina licet alii lapidem chrystallum ex sola aqua ui frigoris in glaciem induratum tradant & alia plura nascitur in Cypro.

Murrhina

64

& alaboda & locis calidis Murrhinam humorem subterraneum
esse dixit Plinius & sub terra calore densatum & alia. & subdit
Pompeium ex uictoria mithridatica inuexisse & ĩ pocula excre
uisse & calicem. lxxx. talentis emptum capacemq; ad sextarios
tres. & Titum petronum Trullam. ccc. talentis emptam inuidia
Neronis fregisse orientem mittere pręcipue ex carmania. Et
Beronicis | Legi Beronices plures. Mater una fuit Ptholemei
Philadelphi. de qua Plinius ult. hist. nat. alia philadelphi filia
& soror Ptolemei Euergetis uxorq; anthiochi filii Seleuci pri
mi Alia prior a Valerio in ultimo Alia fuit cuius crines a calli
macho laudantur & a Catullo At tu non orba flesti deserta cubi
le Sed fratris chari flebile dissidium. alia fuit Herodis alterius
herodis filii iudeorum regis filia & soror agrippę etiam regis
iudeorum quã Titus Vespasiani filius teste Suetonio amauit.
de qua Iosephus etiam meminit: & Cor. ta. & de hac loquit no
ster poeta dicens adamantem illum a Ptolemeo prius Dionisio
dicto cleopatrę uxori sue donatum de quo adamante scribit Io
sephus ut temeritas nostri amici declaretur qui ait minime esse
ex historia hic deinde ad Agrippam Iudeoꝝ regem đuolutus be
ronici sorori datus fuit in iudea qđ ostendit peruersum sequen
tem | Obseruant ubi festa mero pede sabbata reges | neq; n. alibi
q̃ in iudea sabbata festa obseruantur. Nam ut Hyeronimus in
exodo tradit Moises congregata omni turba filioꝝ Israel dix
it hęc sunt quæ iubet dominus fieri Sex diebus facietis opus
Septimus dies erit nobis sanctus sabbatum & requies dñi qui
fecerit in eo opus occidetur. Ante enim deus sic moisi dixerat.
Videte & sabbatum meum custodiatis quia signum est inter me
& uos in generationibus uestris ut sciatis quia ego dominus q̃
sanctifico uos Custodite sabbatum meum: sanctum. n. est uobis
qui polluerit illud morte morietur. QVi fecerit in eo opus peri
bit anima illius de medio populi sui. sex enim diebus facietis
opus: in septimo sabbatum est requies sancta dño & subdit. Cu
stodiãt filii israhel sabbatum & celebrent illud in generationi
bus suis. sex. n. diebus fecit cęlum & terrã & in septimo ab ope
cessauit & ió reuera ex hebreo ĩ latinũ sabbatũ traductũ reqes
interpretatur. QVamuis Appianus ait sabbatum dici quia Iudei
dolore splenis eo die labore fessi correpti sunt. & sabo appel
lari splenem. sed quod diximus magis conuenit his igitur
dei monitis Iudei Sabbata obseruabant: Sed QVamobrem

Trulla magno ptio ept

Beronices plures

Sabata Iudeoꝝ

Sabatum. i. reqes

Mero pede| poeta dixerit: quidam putāt quia institutum apd Iudeos ut nó possint ambulādo duo milia passuum excedere qę unum lapidem apud eos perficiunt apud nos uero duos obseruāt igitur ut aiunt mero pede subaudi excepto hoc est sola ambulatóne excepta duoꝝ millium passuum. |uel mero etiam pede|hoc est etiā puro pede obseruant quia nó licet ambulare nisi ad duo millia passuum: uerum hoc ex lege p Moysem data. Iudei nó habent nisi in genere ut sabbata custodirēt. Sed cum quidā rhabi Moises compendium ex omni hebrea lege fecisset qd cópendium seu cómentarium hibbur uocant. aliter enim scribere non possumus magni æstimauit in obseruando sabbato terminú ambulatiónis prefigere pśertim cum uideret apud Egiptios quoq; ambulandi tpus lege pśtitutum. Nam ut Diodorus Siculus est autor cum de moribus & legibus egiptioꝝ lib. ii. ptractat ægiptii ambulandi lauādiq; & cum uxore cubandi regulam habebāt |alii obseruant|inquiunt|mero| hoc est uino qd nó licet bibere per illd preceptum qd in leuitico idem Hyeronimus scriptum reliquit cum ait dixitq; dominꝰ ad Aron. uinum & omne quod inebriari potest non bibetis tu & filii tui quando in tabernaculum testimonii ne moriamini quia preceptum est sempiternum in generationes uestras & ut habeatis sciētiam discernendi inter sanctum & prophanum. sed male amicꝰ interpretatur|mero pede|ubi reges incedunt nudo pede alii dicunt unum sabatum esse in mense septembri in quo omnes nudis pedibus incedunt &c. |Et obseruant pede ut|supra QVidam melius dicunt|Mero pede obseruant festa sabbata|hoc est solo & integro festo. quia nil aliḋ q̄ festú faciunt, habēt. n. iudei Ragael aliter. n. latine scribere non possumus significatq; tam pedem q̄ festum. Ergo Iuuenalis optime traducens|pede|pro festo dixit: QVale illud uirgilii libro. vi. perlegerent oculis est. qd Seruius ex græco sumptum asserit γραφαι enim pingere & scribere significare dixit: pictura autem aspicitur & scriptura legitur: Sed ex græci uerbi significatione licere recte dicere legere picturas. Sic quoq; ex hebrei uocabuli potestate pede pro festo Iuuenalis dicere potuit &|obseruare|festa festo tale erit quale illud uita uiuere et morte mori: qui sermo apud scriptores frequens erat. nisi mero pede hoc est mediocri omine dicamus quale illud Virgilii libro. viii. pede diua secundo. ubi Seruius ait omine pspero mero autē omine dicere potuit pp tēpora domitiani ī qb9 nó

porcus Judei abstinent

65

multum conditio bona iudæis erat| Senibus clementia porcis| sicut erat lege præstitutum &.n. Hieronymus in lib. deutrono mii dei pręceptum tale fuisse prodit: Nec comedatis quę immũ da sunt hoc est animal qđ comedere debetis bouem & ouem ca pram & ceruum capreã bubalum tragelaphum pycargum oryga camelum pardolum omne animal qđ in duas partes ungulã fin dit & ruminat comedetis: de hiis autem quę ruminãt & ungulã non findunt hec comedere non debetis leporem camelum cyro grillum quia ruminant & non diuidunt ungulam immunda erũt uobis. sus quoq; quoniam diuidit ungulam & nõ ruminat immũ da erit carnibus eorũ non uescimini & cadauera non tangetis: non mirum ergo si porci senes efficiuntur dum non comedunt. Lactantius autem Cum de circumcisione loquitur ait Eodẽ eti am spectat carnis suillę interdictio a qua cum deo abstinere iussit id potissimum uoluit intelligi ut se a peccatis atq; immundi tiis abstinerent Est enim luculentum hoc animal & immundũ nec unq̃ celum aspicit sed in terra toto corpore prorectum & ore uentri semper & pabulo seruit nec nullum alium dum uiuit præstare usum põt sicut cæteræ animantes quæ uel sedendi ue hiculum prebent uel in cultibus agrorum iuuant uel plaustra collo trahunt uel onera tergo gestant uel indumentũ exuuiis suis exhibent uel copia lactis exuberant uel custodiẽdis domi bus inuigilant Interdixit ergo ne porcina carne uterentur .i. ne uitam porcorum imitarentur qui ad solam mortem nutriũẽ ne uentri ac uoluptatibus seruientes ad faciendam iustitiam in utiles essent ac mortis afficerentur Item ne se fędis libidinibo immergerent sicut sus quæ se cæno ingurgitat uel ne terrenis seruiant simulacris ac se luto inquinent luto enim se oblinunt qui deos. i. qui lutum terramq; uenerantur| Dirimente sabina bellum| Nota est hystoria ersiliæ reliquarumq; sabinarum rap tarum quanta pudicitia et castitate fuerint uerum ne ipse patri am laudasse uidear. testes sunt omnes codices de moribus Sabi norum adeo ut Hora. in Epodo non alias uxores optandas q̃m sabinas aut appullas ostendat hinc poeta| Malo uenusinã inqt cum uenusium in Apulia sit| Cornelia| hęc soror fuit scipionis Aphricani et nobilissima cuius Valerius et alii meminerunt .p qua similem intelligit Hannybalem quem teste Suetonio reuo catu3 ex Italia. P. Scipio Aphricanus supauit aut in li. de uiris ill. ait uictũq; Siphacẽ in castris nãut idẽ testat de uiris illust.

Romuli basilia uxor

Hannybal

Siphax

Hastrubalis & Siphacis castra una nocte prupit Scipio de quo Numidaq; rege Liuius libro quarto de scdo bello punico & alibi loquitur Claudianus penultimam corripuit dicens cópulimq; durum Siphacem tractumq; metelle. hanc tamen ideo ponit qa sua prole gloriari gsueuerat: Vnde apud Valerium habetur q cum quędam pulcherrima mulier & hospita sua apud Corneliam iactaret ornamenta cornelia loquendo detinuit ipsam quousq; filii a Gynnasio litterario redirent mox ipsos redeuntes ante illam adduci fecit & illa sua ornamenta esse dixit multum illis gloriata Idō hic sic loquitur qđ uerum apparet etiam exemplo sequenti niobes hoc magis conuenit q̄ si dicamus exemplū esse superbæ matronæ qm̄ scribēte Plutarbo et gratissimum fuerit facta Scipiōis patris cómemorare & iactare| Scropha alba| quā æneas inuenit enixā Virgilius li.iii. Triginta fœtus Niobes autem nota est fabula &| Amphionis|& de numero filioq; plenę scribit. A.Gellius li. noc. Atticaq;|Concumbunt grece|quem coitum statuæ marmoreæ demonstrant altero femoq; subleuato. sicut iouis statua quando cum læda concubuit in ciccnum uersi declarat & ad ædem franciſci in uiterbio spectare licet|Mollius oemo & carpophoro. mimos hos legi optimos|Hemus| comedus & magister psaltriaq;. Papinius huc intrant faciles hemi puellæiuñ supra| Molli demetrius oemo|dixit hunc estimo quoq; a cantu suo nomen habuisse, Nā teste QVintiliano græce οιμη latine cantus. Vnde & proemium latini dixere qđ etiam grece προοιμιον dicitur|Carpophorus|uero fructifer interpretatur ex καρπος fructus et φωρω porto sed hic nomen est proprium gladiatoris de quo Martialis QVāta est Carpophori gloria fusus aper|Dacicus Domitianus qui per Cornelium Fuscum teste Suetonio Dacos oppugnauit: et|Germanicus| Idē Domitianus intelligitur qui bellum ciuile contra. L. Anthonium Germaniæ prędem confecit et miratus teste Suetonio felicitatem suam est cum rhenus repēte resolutus transituras ad Antonium copias Barbarorum inhibuisset: depingebant ergo eum in huiusmodi uasis que suis uxoribus donarent allecti lasciuis illarum moribus et uerbis cum dicerent etiam illud quod supra omisimus græce dictum σωη και ψυχη Sed in eam quæ grece etiam loquebatur et anus erat Iuuenalis acriter inuebębatur quā Læliam auguramur fuisse ex epigrāmatæ Martialis dicentis cum tibi non ephesus aut sic rodos aut Mitilene Sed

domus in uico lęlia patritio Deq; coloratis nũq̃ lita mater etrus
cis durꝰ Aricina de regiõe pater κυριε μουθεε μου ψυχη μου
|Congeris|usq; pro pudor hersilie ciuis & egerię lectulus has
uoces nec lectulus audiat omnis Sed quem lasciuo strauit amica
uiro scire cupis quo casta modo matrona loquaris nunquid cum
Crissas blandior esse potes.tu licet ędifices totam referasq; co
rynthon Non tamen omnino lęlia lais eris.de qua lęlia Corne
lius tacitus loquitur. erat enim uirgo uestalis & ideo castam ma
tronam uocat sed quidam codices habent in superioribus uersi
bus pro lęlia gelliam QVe etiam anus fuerat dicente Martiali
lib.iiii.pupam se dicit gellia cũ sit anus| Pone crucem seruo uer
ba|sunt mulieris Sed quoniam subdit|O demens ita seruus ho
mo est per transitum historiam tangit quam Macrobius lib.de
Saturnalibus tangit Inducitur enim pretextatus ad euangelum
loquens & inquit ut primum de seruis loquamur Ioco an Serio
putas esse hominum genus quod dii immortales nec cura sua nec
prouidẽtia dignentur an forte seruos in hominum numero esse
non pateris Audi igitur quanta indignatio serui supplicio cęlũ
penetrauit Anno enim post Romam cõditam.CCCC.Lxxiiii.
Antonius quidem maximns seruum suum uerberat patibuloq;
constrictum ante spectaculi cõmissionem percircumegit obquã
causam indignatus iuppiter Annio cuidam per quietem impera
uit ut Senatui nuntiaret sibi non placuisse plenum crudelita
tis admissum quo dissimulante filium ipsius mors repentina con
sumpsit ac post celeratam nuntiationem obeandem negligenti
am ipse quoq; in subitam corporis debilitatem solutus est Sicq;
demum consilio amicorum lectica delatus Senatui rettulit Et
uix consumato sermone recuperata bona ualitudine curia pe
dibus egressus est & subdit uide quanta de seruo ad deoꝝ sum
mum cura peruenerit tibi autem unde in seruos tantum & tam
inane fastidium quasi non iisdem tibi constent & alantur elemẽ
tis eundemq; spiritum ab eodem principio carpant & subdit ser
ui sunt imo homines serui sunt imo conserui Sed cogitaueris tã
tundem in utrosq; licere fortune tam tu illum uidere liberũ po
tes q̃ ille te seruum Nescis qua ętate Hecuba seruire ceperit
qua croesus qua darii mater qua diogenes qua Plato ipse postre
mo quid nomen seruitutis horremus. Seruus est quidem sed ne
cessitate sed fortasse libero animo seruus est & alia quibus intel
ligere possumus sceleratã mulierem illorum sententiam tenuisse

qui in numero hominum seruos non habebant nec aspicientes
alium libidini seruire alium auaritie aliũ ambitioni omnes spei
omnes timori nullamq; seruitutem turpiorem esse q̃ uoluntari
am ob quod Martialem lib.i.ad cecilium dixisse puto Vrban9
tibi cecili uideris Nemo est crede mihi quod ergo uerna es id ē
seruus quasi uerna nullus homo sit| Sic fiunt octo mariti| banc
mulierem q̃ octo iam maritos habuisse traditur gallam fuisse ex
istimo ad quam Marti.ait funera post septem nupsisti galla ui
ro4.picētine sequi uult putagalla uiros.hironimus tñ tradit quē
dam duas et uiginti uxores habuisse| Titulo res digna| Marti.
inscripsit tumulo septē celebrata uirorum se fecisse cloe simile
ergo est| Aduocat archiginem medicus| fuit in quem galien9 in
libris suis sepius inuectus est & interp̃tatur princeps generati
onis nunc autem p gręculo aliquo aut simili archigeni poeta po
nit qui se p̃ omnibns sui generis sciolum ostendebat & cum mu
lieribus medicaretur secreta domus intrans eas subagitabat: qđ
ut uerum appareat a medico uxores futui solitas ciuium Roma
no4 inter alias Caridemi uxorem Martialis numerat lib.
uxorem Carideme tuam scis ipse simisq; a medico futui uis sine
febre mori p̃ac igit̃ uxorem Iuuenalis etiam notasse uideri po
test| Accusat manilia sirea| non est hoc est si ipsa non accusat̃ mu
lier enim fuit de qua forte Cornelius tacit9 cum de Brinnone
loquitur intellexit dicēs igit̃ ipse rebellis manilie nomine pla
cuit imposituscq; scuto more gentis & substinent iũ humeris uib
ratus dux deligitur ubi uidetur manilia brinnonem accusasse nā
si fuisset accusata non adeo graue esset si se defenderet ideoq; si
rea non est subiunxit ne eam maniliam significaret q̃ se defen
dit de qua A.gellius aulus hostilius Mancin9 ędilis curulis fu
it is manilie meretrici diem ad populum dixit qđ de ambulans
eius noctu lapide ictus esset uulnusq; ex eo lapide ostendebat.
Manilia ad Tr.pleb.prouocauit apud eos dixit comessatorem
mancinum ad ędes suas uenisse cum sibi receptum non fuisse in
ęde sua sed cum ui irrumperet eum lapidibus depulsam Tribu
ni decreuerunt ędilem ex eo loco iure deiectum & sic iure se
defendit Alia igitur manilia de qua loquit̃ accusat si rea non ē
hoc est si etiam non est rea & accusata uel si id est quamuis &c.
quod uero mulieres causas nonunq̃ orauerint Valerio ostendit
q̃uis hoc munus egiptia4 mulie4 fuit teste herodoto| Principi
um atq; leges| exordiũ artificiosum & locos rethoricos dicit hoc

est contrariorꝫ locorum dissolutionem facere adeo bene instruc
tę sunt. ¶Vt ipsi Cornelio celso in arte¶ dicendi doctissimo de
quo QVintilianus loquitur dictare posse uideantur huius quoꝫ
opera dignissima extant ut de medicina de re Rustica & de re
militari & ratione dicendi huius rhetoricen non satis QVintili
anus probauit cum mediocri fuisse ingenio diceret temporibus
tamen Augusti adeo floruit eloquentia ut poeta hic prę stantissi
mum fuisse ostendat¶Endromydas Tyrias¶erat enim genus uesti
mẽti uillosi & hiemalis quo uiri utebãtur nunc uero mulieres
sumebãt sic quoꝫ femineum ceroma¶unguentum esse dicit quo
uiri gladiatores uel palestrite se inunguerẽt nunc mulieres fe
mineum facere¶ Sed Endromys¶Ingynnasio sumebatur tamẽ ex
gallia texta aliquando sumebatur parui quidem pti sed tamen
in usu luxuriosorꝫ Mar. paupis ẽ munus sed nõ est paupis usus
¶Ceroma¶Mar. Et putri lutulẽta de palestra Vulnera pali¶exer
cebant se tyrones non tm̃ mane sed etiã post meridiem ad palos
scutis de uimine in modum cratium contextis habebãtq; clauas
ligneas pro gladiis qui palorꝫ usꝰ non solum militibꝰ sed gladi
atoribus etiam plurimum prodest nec unq̃ inuictum armis uirꝫ
aut harena aut campus probauit nisi qui exercitus ad palũ erat
a singulis autem tyronibus singuli pali defigebant in terra ita
ut mutare non possent et sex pedibus eminerent sic cõtra palũ
tyro tanq̃ contra aduersarium crate & clava ueluti gladio se ex
ercebat & scuto ut nunc quasi caput aut faciem peteret nunc a
lateribus minaret interdum contenderet poplites & crura succi
dere recederet ac saltaret insiliret & quasi psentem aduersarium
sic palum omni impetu omni bellãdi arte tentaret insurgebatq;
ita caute ad sulnus inferendum ut nequa ipse parte pateret ad
plagam teste Vegetio de quo Martialis aut nudi stipitis ictus¶
hebes¶Florali tuba¶ pro omnibus instrumẽtis que habebantur
in sacris deę florę accipitur hic tuba qua ad ludos mulieres con
gregabantur nota est flora dea de qua Ouidius in fastis loquit
in huius sacris nudas fuisse feminas olim per ualerium circa fi
nem lib. iii. ostendit inhoneста omnia exercentes unde Marti.
QVis floralia uestit & stolatum permittit meretricibus pudorẽ
Sed Catonis reuerentia mutatam consuetudinem dicit ergo po
eta huiusmodi mulieres q̃ palum sudibus pcutiebãt digne quoꝫ
erant ut sic nudę ppter eaꝫ impudicitiam se floralibꝰ expone
rent sicut olim & illas tubas ac cętera instrumenta ludorꝫ illorꝫ

pertractarent nisi plus audacię & uirilitatis in suis execrandis pectoribus habeant ad maiora & flagitiosiora aggrediēda & hoc est quod dicit| Vereq; paratur barenę| hoc est tantę libidinis & impudentię sunt quod omnia peiora perpetrarēt in ludis enim florę peccabāt nuditate & iste non tam feminę q̄ uiri uideri uolunt tum tantas ostentant uires| Vires| uirilia officia| Nam quā tola nostra uoluptas| licet inquit uirilia officia ut plurimū tractet ipsa nollet tamen uir fieri ne illa uoluptate priuaretur qua mulieres per coitum uiri affici solent Et tacite historiam tangit seu fabulā Tyresię Iouisq; ac Iunonis ď qua naso poeta lib. iii. met pertractat nam Ioue & Iunone ꝯtendentibus mulier ne an uir maiorem uoluptatem incoeundo ꝓciperet Tyresias sententiam tulit maiorem longe uoluptatem mulieri solere ꝓcipi cum ipse ex uiro femina facta itez̄q; ex femina in ꝑstinam formam restitutus utrumq; esset experto quod fabulosum facer Augustinus de coniugus ueteris ac nouę legis non fuisse ostendit cum referat tempore imperatoris constantii manifestum esse puellā in parte campanię in masculum fuisse mutatā & Romam ductū ne miremur si Plinio vii. lib. histo. ex feminis mutari in mares non fabulosum asserat cum ut ait in annalibus inuenimus. Q. Lycinio Crasso. C. Cassio longino Cos. Casim puerum factū ex uirgine iussuq; aruspicum in desertam insulam deportatum & lycinius Mutianꝰ prodit a se uisus qui prio femina nupsit mox barbam & uirilitatem promeruit uxoremq; duxit: Et subdit etiam Plinius se uidisse in aphrica mutatum in marem die nuptiarum lucium Cossitium ciuem Tesbytanum & sic quantula nostra uoluptas q.d. hoim uoluptas parua ē respectu illio quā mulier ꝓcipit| Cruriq; sinistri dimidiū| tegmē morē ātiquū tāgit armatoz. nam teste seruio vii. eñ. ubi Virgi. uestigia nuda sinistri insti tuere pedis ait Sinister pes inpugnantibus primus est Sed bñ nuda uirgilium dixisse quia tegitur scuto: Dextrum antem tectum esse cōueniebat quasi ab armis remotum| Dimidium autem| Iuuenalis inquit quia interior pars sinistri pedis tantum ocrea tegebat exterior aūt clypeo| Denso libro| denso uolumine uestium nam succingebāt Mar. harpusto quoq; subligata ludit Gurgitis aut fabii themesis est fabius enim gurges dicebat de quo Liuius li. xi. cum male contra samnites pugnauit fuitq; fabii maximi filius Male autem duo nomina esse quidam dixerunt Aiti igit hos habito nó solum nobiles olim mulieres Sed ne ludoz

quidē uxores sumpsissent uos tñ &c. Asyli gladiatoris olim de quo meminit Diodorus lib. xi. procio uirginio tricesimo & sp. cassio coss. calliade athenē. imperante olym. v. & lxx. quando stadio uicit asylus syracusan nam qđ est opus eridanum & burian apud pędianum nominare | Tigride animal uelocitatis tremendæ t. Pli. apud hircanos & indos cuiꝰ fetus numerosus est & ab insidiante rapitur equo pernici atq; in recētem subinde transferē At ubi uacuum cubile reperit fęta maribus enim cura non est sobolis ferē preceps odore uestigans. raptor appropinquante fremitu abicit unū ex catulis tollit illa morsu & pondere etiā ocyor acta remeat iterumq; cōsequitur & subinde donec in nauim regresso irrita fęritas seuit in litore idem Valerius flacus ostēdit dicens haud aliter salto uastataq; pernix uenator cum lustra fugit dominoq; timentem Vrget equum teneros cōpressus pectore tigres quas astu rapuit pauido dum sęua relictis mater in aduerso catulis uenatē amino &c. | Tu tibi tunc Curuca places | QVecumq; auis curuca dici potest. t. Aristotele tres auicule fouēt oua cuculi ficedula capellocstula & curuca alii hippolaida dicunt Sed hic quidam pro cuculo accipi uolunt: Cuius naturam Plinius lib. hist. describit & Coarx apud eum appellatur nam inquit ex accipitre tpe anni figuram mutare quo tunc non apparent reliqui nisi perq̄ paucis diebus ipse quoq; modico tempore etatis uisus non cernitur postea ē enim neq; aduncis unguibus solus accipitrum nec capite similis illis neq; alio q̄ colore ac uictu columbi potius q nec ab sumitur ab accipitre siqñ una apparuere sola omnium auis a suo genere interempta mutat autem & uocem procedit uere occultatē caniculę ortu interq̄ parere in alienis nidis maxime palumbium maiori exparte singula oua quod nulla alia auis raro bina causa pullos subiiciendi putatur quod sciat se inuisam cunctis auibꝰ nam minuta quoq; infestāt Ita non forte tutam generi suo stirpem opinatē ni fefellerit q̄r nullum facit nidum alioquin trepidum animal educat: ergo sublutum adulterata feta nido ille auidus ex natura prępit ciboſ reliquis pullis itaq; pinguescit & nitidus in se nutricem cōuertit illa gaudens eius spē miratē sese ipsam quod talem peperit suos cōparatione eius damnat ur alienos absummiq; etiā se inspectante patiē donec corripiat ipsam quoq; iam uolanti patiēs nullaq; tunc auium suauitate carnis comparatur illi: hęc Plinius ex quibus colligi potest nō pculo hoc loco posse intelligi Sigdē

Iuuenalis|Curucam pro urſidio|marito & alienoꝝ filioꝝ educa
tore ponit qui ſua ab uxore falliť nam credens quam in domo p
lem ex uxore habet eſſe ſuam illā educat ga ideq; adeo ut filios
ꝓprios abſummi patiať At cuculus fallit non falliť & eius ꝓleſ
abſumit nó abſumiť ait igiť|Tu Curuca|hoc eſt tu o marite edu
cator alienę prolis ſicut curuca qui ex genere palumbium ouú
cuculi fouet & natā prolē educat places tibi reputas te & gaudſ
ac ſupbis ſicut curuca nutrix quę ſpem pulli quem putat eſſe ſu
um gaudet miraťq; ſeipſam quod talem peperit uſq; adeo abſumi
filios ꝓprios & ſe ipſam a filio cuculi patiať. & ſic| Curucam|ꝑ
palumbe uel pro alia quoq; aue intelligemus in cuius nido cuú
cuculli foueať q.d.o Vrſidi cum uxorem tuam flentem uideris
fingentemq; cauſas tui erga aliam mulierem amoris non uides
quomodo alienos ex ea filios nutris & pro tuis habes ipſoꝝq;
ſpecie gaudes & ſupbis qui tandem & tuoꝝ filioꝝ bona necnon
teiꝑm deuorabunt qđ ut ueꝝ uideať|Retege|ſcrinia uxoris tue
in quibus litteras adulteroꝝ qui filios ex ipſa ſubſtulerūt inue
nies|Vellem tuſco|quia lanam cum colo & fuſo Tanaq; dedit q̄
eadem caia cecilia uocata ē in templo. M. anci duraſſeq; ꝓdente
ſe autor eſt. M. uarro factāq; ab ea togam regina in ungulatam
in ęde fortune qua ſeruio Tullius fuerat uſus inde factum ut
nubentes uirgines comitaretur colos compta & fuſus cum ſtami
ne & reliqua q̄ Plinius ſcribit neq; enim ad bonitatem tbuſto
dixit ſed ad laborem mulieꝝ antiquaꝝ declarandum nam ut ſub
dit ꝓtextę apud betruſcoſ originem inuenere &c. male autē ami
cuſ ait facere lanam & ſeruare pudicitiam tractum eſſe a penelo
pe & in uico tbuſco lanificium exerceri & in eodem ſerica textu
rę data autoritate Mar. cum ad declarationē uelleris tbuſci bę
non conueniant & poeta labores antiquaꝝ laudare uelit mulie
rum|Proximus urbi hanibal|Cum teſte Liuio ad tertium ab ur
be lapidem caſtra poſuit ſupra amenem ſed male amicus pro om
ni boſte capit hannibalē cum ipſe hanibal terroris cauſa fuerit
quare ait Liuius ploratus mulierum non ex priuatis ſolum do
mibus exaudiebatur Sed undiq; matronæ in publicum effuſæ
circa deum delubra diſcurrunt crinibus ſparſis aram uerrentes
nixæ genibus ſupinas manus ad celum ac deos tendentes oran
teſq; ut urbem Romanam e manibus boſtium eriperēt matreſq;
Romanas & liberos paruos inuiolatas ſeruarēt|Collina turrę|
propter Catilinæ coniurationē quidā uolunt de qua Plutarch9

69

inuita M. T. Ciceronis sed quia de hanibale meminit melius d̄
maritis intelligemus qui Annybale ad Anienē tria millia passu
um ab urbe castra admouente & statiuis ibi positis ipso cum du
obus milibus equitum a porta collina usq; ad herculis templum
ꝓgresso & mẹnia situmq; urbis cōtemplanti a fuluio flacco missi
sunt qui eum submouerent fuluius enim a capua ueniens porta
capena cum exercitu Romam ingressus media urbe per carmas
esquilias contendit inde egressus inter esquilinam collinamq;
portam posuit castra ẹdiles plebis cōmeatum eo comportarunt
consules senatusq; in castra uenerunt ibi de summa rei pu. consu
latū placuit cōsules circa portas Collinā esq̄linā q̄ ponere castra.
hiiigit̄ etiā mariti intelligūt̄ collina turre stātes nā pretor urba
nus in arce capitolina senatus in foro prefuit de quibus Liui
us late scribit sexto secūdi belli punici lib. | Paupertas Roma
na | QVe quātum in urbe honorata fuit Valeriꝰ Antias lib. iiii.
declarat Ideoq; eam non nisi exemplis Romanis exornat | Hic
fluxit ad histros | ab urbe roma paupertas hystros peciit Ideoq;
illos populos ab hac lasciuia magis abhorrentes uidemus | Et sy
baris colles | Sybaris fluuius est in calabria & oppidum Crotonẹ
ꝓpinquum teste herodoto hist. lib. v. fuit q̄ etiā aliud oppidum
xii. milibus passuum ab urbe distans quasi desertuꝫ & in collibꝰ
situm de quo hic loquit̄ ad quem locum quia non erant lasciuie
paupertas fugit fuit etiam cuiusdam Iuuenis nomen de quo ho
ratius p. Car. Sybarim cur properes amando perdere Neq; enī
de opposito calabriẹ intelligere libet cum calabri fuerint lasci
uissimi sicut & | Tarentum madidum hinc & rhodos & mylethos
hinc hoc loco pro postea rhodos nominatiui casus cum os breuis
sit per græcam regulam dicit autem luxuriam Rhodi que in
sula & ciuitas teste Ponponio eiusdem nomis in lycia est in qua
fuit Colossus admirandus teste Plinio & ideo ludi fiebant ex re
rum luxuria quam cum omni lasciuia nunc poeta dicit Romam
fluxisse | Rhodos | ergo luxuria rhodi fluxit Romam & | Mylet
hos | luxuria | Mileti | q̄ teste Plinio ii. hist. in ionia p̄cipua urbs
fuit inhac teste seruio lana optima tingebat̄ uñ Milesia uellera
dicta sunt fuit & alia in creta ciuitas teste homero alia in lesbo
a qua etiam uellera milesia dicta uoluerūt uult ergo Iuuenalis
luxuriam uestium inde Romam aduentasse. nam si accusatiui ca
sus essent rhodos & milethos uersus non staret quando produci
os necesse esset | Coronatum et madidum petulansq; Tarentum |

paupertas venerata

Sybaris

Rhodos

Mylethos

Tarenti luxus

luxuria Tarenti etiam fluxit Coronatum autē insignū lasciuiæ madidum ꝓpterea q̄ Plutarchus in pyrrhi uita scribit dicēs populum Tarentinum balneis conuiuiisq; indulgentem uerum ut ait pyrrhus clausit gymnasia & deābulatoria in quibus spatiantes pro rebus uerbis militabant potus uero & lasciuias intēpestiuas inhibuit delectum habuit ita acrem ut multi imperiū ferre insueti ex urbe migrarent seruitutem uocantes nō ad uoluptatem uiuere igitur alibi Iuuenalis| Vnctam etiam Tarentum dixit| Petulans| incontinens ob lasciuiam potest quoq; Iuditio meo alius hic esse sensus ut dicamꝰ| Hinc fluxit ad istros| Hic| hoc est ex paupertate q̄ periit & ex ruina paupertatis crimē & facinꝰ libidinis fluxit ad istros nam & festus ostēdit illos molles dum ex histria histriones uenisse tradit & similiter sybaris colles fluxit nam oppidum est CC. stadiis a crotone distans ab achiuis conditum & inter duos fluuios situm crathidem & sybaridem a quo nomen habet & condendę auctor fuit Iseliceus Ea adeo excelluit & excreuit ut quaternas proximas rexerit gentes &. v. ac xx. urbes suo subdiderit imperio & cōtra crotoniatas CCC. hominū millium exercitum duxerit sup̄ crathide uero domicila habentes. L. in circuitu stadiorum totam autē hanc felicitatē Intra dies Lxx. crotoniatę illis intercęperunt adeo delitiis & luxuria intemperantes defluebant urbe enim potiti inducto fluuio cuncta demerserūt pauci ea ex clade superstites adūati cohabitabāt quos temporis interuallo athenienses aliiq; gręci prorsus extinxerunt ut Strabo meminit sed cum sybaris demersa fuerit & poeta colles dicat dubitare nos facit an de ea ciuitate sit intelligendum & subdit poeta| Hinc| id est etiam ex paupertate pereunte| Rhodos| est coronata & petulans & madida similiter miletos atq; tarentum & epitheta ad tarentum referuntur nam de his ciuitatibus multi scribunt. Et Strabo ait tarentinoꝝ opes amplissimas fuisse & peditum ad millia xxx. in expeditiones emisisse equitum uero tria millia et ductores mille equitum et in primis architan pythagoricam philosophiā amplexū inde illecebrosę inualuere delitie propter fortunas nimium secūdas adeo ut plures totius populi ludos festasq; celebritates quot annis agerent Eam ob rem in deterius urbanuꝫ regimen ferebatur et coacti sunt externis uti imp̄atoribus &c. Ait igit̄ hæ omnes ciuitates q̄ diu in paupertate uixerunt quietem habuere mox affluētibus diuitiis lasciuiis demerse sunt| Inguis

& capitis ostendit eam fellatricem & lingentem quales multæ a Martia. dicuntur ut philen ait Martialis undena suorat in die puellas | Tullia qd | dicat mulierem significat coitum appetẽtem & similem tullie seruii Tullii filię q̃ cum in uxorem teste Liuio primo ab urbe cõdita & Valer. lib. viiii. Tarquinio esset data uirꝫ induxit ad patrem perimẽdum & quo in cõplexum mariti sui celerius ueniret supra corpus patris occisi uehiculum duci iussit ut etiã Suetonius de uir ill. tradit | Collactea eodem lacte nutrita & sic eiusdẽ ętatis & eorꝫdem morꝫ Maurę. que a mauritania uenit de qua etiam in Satyra | Omnibus in terris | loquitꝫ | Implent | ad illud respicit quod Nero fecit teste Suetonio dum urinam proiici iussit instatuam deę syrię quæ teste Strabone atargata dicta fuit | Symphonibus | quia mingendo consonant nec sunt cannæ plumbeę ut somniant quidam | Inq; uices equitant | quidam lesbydas hunc usum inuenisse perhibẽt hinc tribas sappho dicta & philenis tribas apud Martialem | Lumbos | Persius cum carmina lumbum intrant & tenui scalpuntꝫ ubi intima uersu | Vlulante Priapo | herodotꝰ auctor est. | Lauphella | de hac Martialis meminit dicens uis futui nec uis mecũ lauphella lauari nunc datur corona tribadibus nõ ut olim uirginitatẽ seruãtibus | Antro | templo ꝓpter clamores | Medulinæ | has pro similibus accipit Sed medulinæ Suetonius in claudio meminit dicens Item liuiam medullinam cui cognomen camillæ erat ex genere ãtiquo dictatoris camilli & subdit ipso die qui nuptiis destinatur ex ualitudine amisisse eã sed hic pro simili accipit | QVæ psaltria | q̃ mulier nam ea dicitur apud Romanos q̃ sequitur & amat istriones a psallo id est canto quia illis cantabat in scenis quottidie quos amabat neq; enim est nomen ꝓprium de quo Plutarchus in sacris bonæ deę | Duo cæsaris anticatones | ut. n. Suetonius in uita cæsaris tradit cæsar reliquit de analopia duos libros & Anticatones totidem fuerunt autem duo libri contra catonem a cæsare scripti cum cato uictis suis ne in hostis manus ueniret fugiens uticam proficisceretꝫ & se interficeret hi quidem in rotulis scripti sunt quia ut plurimum ueteres in rotulis ferre libros consueuerant quia facilius sine temporis interruptione explicabant & replicabant unde et uolumina dicta sunt Plutarchus uero in eiusdem cæsaris uita tantum unum librum antica

Tullia crudelissima

Collactea bonis

Symphones

Tribades

Lauphella

Medulina

Anticatones

cat| Pygardus| Plinius. viii. hist. capreã quandam siluestrẽ esse dicit non dissimilem damis de qua poeta hic loquitur: Sed libro decimo hist. genus aquilæ in oppidis & campis albicante cauda habitantis esse ostendit| Scythiæ |uolucres| scythicę| melius phasianas intelligemus in colchis teste Pli. geminas ex pluma aures submittentes subrigentesq; numidicas in parte Aphricæ numidia de quo infra aphræ auis inquit nec sunt meleagrides licet Plinius non ostendat differre. nam. t. L. columella habent ceruleam cristam & sunt distincte guctis numidice uero habent cristam rubeam numidice gallinę Mar. & picta perdix numidicęq; guctæ. Vltime peregrinaq; auium immẽsas fuere receptæ| Phenicopteri auis linguam precipui saporis esse Apicius docuit nec potum omnium altissimus gurges| Oryx| Plinius ait oryges solos a quibusdam dictos contrario pilo uestitos & ad caput uerso esse & damas & pycardos & strepsicerotes multaq; alia haud dissimilia cum de capreis loqueretur| Vlmea cæna| quia subulmis cenitabant quæ multæ satæ in subura uia & in hortis uariis illius loci fuisse apparent & adhuc sunt aliquæ resonabãt ergo dũ ministri incidebant errat ergo amicus qui cænam ulmeam ideo dictam putat quia illa animalia essent ex ulmo formata & nõ essent apta epulis| Non phryx| qualis canymedes| Lycius| Thlepolemum lycium quidam intelligunt qui teste Homero lõgo & lato corpore fortissimus fuit ipse uero| Lycium| adolescentulum intelligo de quo Sueto. in uita augusti ait Nam cum ad gladiatorias & scenicas operas aliquid exibiturus esset subdit postea nihil sane q̃m adolescentulum lycium honeste natum exhibuit tantum ut ostenderet q; erat bipedali minor libraq; septẽdecim ac uocis imensæ Significat autem lycio similem ne dum ganymedem| Non a mangone| Seruoq; mercatore. Mar. milia p̃ puero centum me mango poposcit| Gucto| Vase unguentario sed pro unguentis ponit et resina| Gaditana mulier| a gadibus hispana Martia. vi. libro Edere lasciuos ad betica crusmata gestus Et Gaditanis ludere docta modis. & idem quiq; & Gaditana susurrat| Vertice| incitationes incẽdia| Pitysmate| pitisma ludũ fornicinariũ uolũt nam circulus habetur ferreus & duo lapides rotundi qui diriguntur in circulum illum Sed pitisma quasi pidma a πιθω qđ est salto dicitur interposito s. est eim saltatio quedam in numerum facta apud lacædemonas nonnulli dicunt pitisma ludum in quo rotula super uirgam decharta que uoluit

dum quis currit & hic ludus apud lacędemonas est repertus QVi dam pitisma sputum esse uolunt quo consperſis digitis leuius anuli educuntur aut digiti ipſis induuntur &|Orbem lacędemo nium|anulum intelligunt qui a græcis initium habuit licet La cedemone ferreo anulo ut Plinius ait uterentur ſubdit tñ Pli. aureos anulos Romę publice dari ſolitoſ ſolum legatis qui itu ri ad exteras genteſ eſſent ut honoratiſſimi exteroꝝ intellige rentur. Itaq; de ſimilibus nobilibus hic & honoratis ac diuiti bus ītelligi poteſt|Lubricat|uoluit ac lubricos facit|Fortune| diuitibus. Vnd Ouid.li.de arte Pauper amet caute timeat ma ledicere pauper. Multaq; diuitibus non patienda ferat.|Mega leſiacę mappe|Romani colunt ludoſ magne matriſ deum in qui bus cortynæ tendebantur. Vnde ſupra aulea recondita ceſſant. |Predo caballorum|& ſic pretor ab aliis predatur in quo repre henditur|Euentum uiridis|.i.megalenſes ludo fieri intelligo in quibus aulea uiridia tendebantur mappę preterea a prętore mittebātur uictori in ludis Mar.Cretatam prætor cum uellet mittere mappam|Triumpho|quia triumphalia geſtabat ornamē ta quidam|Viridis panni|qui donari conſueuerit uictoribus in telligunt|Sponſio|mulieribus facta .uel inter contendentes ſpectatores de eo qui uictor futurus eſt poſito pignore|Nrā bibat|Iuuenes inquit ludos ſpectent: nos uero ſenes ad ſolem tempore ueris exponamus cutem Vngamuſq; qd quidem nudi faciebant &|Ideo effugiat togam dixit|ac per hoc etiā cōuiuiis nos exponamus Vnde|Iam nunc in balnea dicit|ire|non|eē pu dorem ſolida hora a quibus exeuntes ꝯmedebant|Solida|.i. a quinta ad ſextā quia dixerat q donaret ſibi requiē ió dicit quā uis intereſt una hora ad horā quietis tñ da tibi requiē in ſexta enim hora.t. Mar.quieſcebant uñ eſt ſexta quies cauſa ſeptima finis erit.dānatur eim alibi nero a Martiali quia ea hora laua bat unde immodico ſexta nerone calet dixit|QVinq; diebuſ|hoc ait in hoc ludo noſtro tu non poteſ facere & habere otium ſicut habetur in ludiſ quinquatribuſ a Domitiano hoc tempore fre quentatiſ qui per quinq; dieſ in anno fiebant & quot anniſ do mitianuſ.t. Sue.in albano celebrabat cui collegium inſtituerat ex quo ſorte ducti magiſterio fungerentur redderentq; exi mi aſ ueneratioſ & ſcenicoſ ludoſ ſuperq; oratoꝝ ac poetaꝝ certa mina &c. Et ſic finiſ huiuſ eſt Satyre in qua inane Romanoꝝ exercitium damnauit .Finiſ.

Atali Coruine die| ad Coruinum dirigit de quo prima satira conductas Coruinus oues dixit hic quidem captator erat & dicebatur Valerius messala Coruinus a p auo suo Coruino uolens igitur captatores damnare lætitiam suam aperit reditu amici Catulli cõparatam non quidem spe captationis & bonoꝝ ipsius cum haberet tres filios quibus relinqueret. Sed uera amicitia inductus sacra diis effert quare satis exemplo sui ipsum Coruinum contrarium agentem percutit de eo autem Catullo supra meminit dicẽs| Et cum mortifero prudens ueiento catullo| pariter Nouium et Istrum captatores reprehendit Ait| Ergo regine Iunoni| Vnde Vir. Ast ego quæ diuum incedo regina| Pugnanti| palladi dicit que dea belli est: |Gorgone maura| id est ægyde. nam ægys proprie munimentũ est pectoris aereum habens in medio gorgonis caput teste Seruio li. æñ. viii. & proprie palladis est: nam in pectore hominis lorica appellatur Vir. Aegidaq; horriferam turbatæ palladis arma Certatim squamis serpentum auroq; polibant: Cõnexos angues ipsamq; in pectore diuæ Gorgona desecto uertentem Lumina collo. & li. ii. ait Insedit limbo effulgens & Gorgone sęua |Gorgon| autem meduſa que gorgadas insulas habitauit & ponitur pro eius capite| Maura| uero quia ut Pomponius Mela scribit hę insulę in Occeano æthiopico positæ sunt| Maura| Ergo æthiopica uel quia gorgades in confinibus Mauritaniæ sunt. |Tarpeio Ioui Iuuencus aurata fronte| Vir. & statuam ante aras aurata fronte Iuuencum Ideo coruscat ait & istis numinibus sacra dat tanq̃ penatibus hoc est geniis quibus sacra dabãt in natalibus. nam teste Seruio Iupiter & minerua appellatione magnorum deorum habentur de his etiam Macrobius| Spargẽdus mero| Vnde libro. iiii. eñ. media inter cornua fudit| Pulla| funẽ significat ex nigris pullorum crinibus quo ligatus taurus trahitur. neq; enim qđ amicus ait conuenire potest ut legatur hispulla pro muliere đ qua supra diximus. nam qualis esset cõparatio tauri animalis bruti & mulieris. Pręterea ubi nam legimus hispullam pinguem fuisse. sed pinguior ait his hoc est agna uacca & uitulo| Traberetur pulla| duceretur fune uel chorda nã ante diximus sed procul extensum petulans quatit hostia funem aut intellige his scilicet numinibus Iunoni scilicet Palladi & Ioui

110

|Clitunni|fons teste dione de ii. bello punico in umbra q̃si cli
tor id est inuitator amnis alii flumen in ualle spoletana dicunt
aput radices montis cui Treuium oppidum imminet & fluuium
ex se effundere aput Beuaniam & spoletum qui tandem topino
fluuio iunctꝰ in Tyberim cadit ex huius aqua si bos ebiberit &
conceperit non solum grandes tauros sed penitus albos ꝓducit
quod Vir. asserit in geor. hinc albos clitunne greges & maxima
taurus uictima sepe tuo perfusi flumine sacro Romanos ad tem
pla deum duxere triumphos QVin Plinius ostendit in phalistis
esse in agro. n. phalisto amnis est cuius aqua pota candidos bo
ues facit ut ille inquit & sic in hetruria esset| Ab iside|quoniam
in templo isidis tabelle naufragii sacrabant̃ ab hiis qui liberati
fuissent utpote deę quę nauigarat uel quia mulieres depingi fa
ciebant ut sui amatores naufragio liberarent̃ quando & in aliis
etiam templis depingebantur unde| Plurima phana|dicit|Dam
num testiculi|unde & castoreum dicitur unguẽtum qđ inde fit
| Mecenatibus|nobilibus qualis mecenas nam & nobilis etiam
Coruinus erat de quo Cor ta. Mecenas autem mollitie coporis
& uestium notabat̃ teste seneca & de eo porphyrio in sermoni
bus horatii dicit malcinus tunicis quidam mecenatẽ suspicãtur
& subdit porro tunicis dimissis ambulare eoꝝ est qui se molles
ac delicatos uelint haberi malcinus autem a greco μαλακοσ qđ
est mollis dicitur| Infecit natura pecus| Vnde in bucco. sponte
sua Sandix pallentes nesciet agnos| Egregius fons|sicut đ clitũ
no dictum est Pliniusquoq; ait arietum maxime spectantur ora
quia cuius coloris sub linguis habuere uenas eius & lanitium in
fętu est uariumq; si plures fuere Et mutatio aquaꝝ potusq; uari
at|Et Boeticꝰ aer| Varro enim ut testis est Solinus duo ꝑhibet
in boetia esse flumina nam licet sepata miraculo tñ nõ discrepã
te quorum alterum si ouillũ pecus ebibat pulli fieri coloris quo
innuerit alterius haustu quęcumq; fusca sint in colorem candidũ
uerti quidam codices habent| Bethicus aer|& tunc dicamus qđ
bethica natura quadam aeris sui rutilas lanas facit quare Plinꝰ
ait hispania nigri uelleris pręcipuas habet polentia iuxta alpes
Canusia rutiliquas erythras uocant Item bethica ut Canusium
& Mar. Non est lana mihi mendax nec mutor aheno sic placeãt
tyrię me mea tinxit ouis| Parthenio|artifice optimo hic intelli
gitur quidam de Domitiani liberto intelligunt qui lances tam
amplas haberet| Pholo|cum cẽthauri magni potores sint| Pholꝰ|

Clitunnus

Treuium

Mecenas

Boetię flumina

Betica lana

Partenius

Pholus

a quo propinqus mons teste Diodoro dictꝰ est herculem hospi
tio suscepit cui uini dolium extulit quod cuidam centauro olim
a dionysio datum Imperatumq; ut tunc uinum proferret cum ad
esset hercules quarta postmodum progenie pholum uerboꝝ dio
nysii memorem uini dolium aiunt obherculis honorem reseras
se uerum eius odor: tum uetustate uini : tum uirtute ingens ad
propinquos centauros delatus ebrios reddidit una igitꝫ domum
pholi magno ingressi tumultu ad rapinam uersi sunt pholus ti
mens cum se abscondisset solꝰ hercules illis obstitit &c. | Coniu
ge | fusci aristii fusci de quo horatius in hodis. etiam in sermo
nibus | Bascaudas | lapides preciosos de quibus fiunt uasa Bascau
das conchas ęreas priorq; pro quocumq; uase vñ Mart. Barbara
depictis uenit bastauda britannis Sed me iam mauult dicere ro
ma tuam alii bascandas dicunt | Emptor | mercator | Olymthi cela
ti | ciuitatem sithonię pro uase posuit celato cum olymthus ciui
tas sit in thratia Similiter uasa samia dicuntur que in samothra
cia ubi gleba tenacissima fiunt uictilia sed codex antiquꝰ habet
olympi qđ intelligendũ đ statua iouis olympici facta per phi
diam quam hic emerat nam celauerat etiã olympum in quo cole
batur erat enim ex ebore ferẽ etiam olympus iuuenis qui laste
rem amauit quo depicto ueteres delectabanẽ sed quãtum olyn
thi scriptum est cui urbes multas adducentes demosthenes com
memorauit uasa ibi solita fieri intelligamus ex terra que incor
ruptibilis erat nec estas corrumpi sinebat unde Plinius Est &
olynthi & perinthi euboie terra que corrumpi nõ sinat & đ tri
tico intelligit | Emptor mercator in genere ponit sunt qui emp
torem philippum patrem philippi regem uelint qui nũq̃ dormi
uit nisi poculo aureo puluino subdito & dicebat omnia castella
expugnari posse in que asellus onustus auro posset ascendere &
dicitꝫ allexisse olynthum in societatem duobus datis oppidis an
temonte & podidea ideo emptor olynthi putant poetã dixisse
quod non conuenit | Dolato ligno | naui | digitis quatuor | secundũ
grossitudinem nauis | Latissima tęda | asser & tabula ex qua fiunt
naues est enim genus ligni leuissimi | Reticulus | inquibus panis
& alia &c. Horatius ut stręticulum panis uenales inter onusto
fert humero Gratus locus sedes | Alba | quam ascanius Iulus dictus
relicto lauino condidit ab albaq; porca denominauit | Tyrrenã |
pharõ | turrim similem pharo ægiptiacę dicit de qua Plinius alii
| Pharon | intelligunt iuxta messanam in calabria alii baianũ por

Bascaudas

Olymthus

Olympus

Asellus bonustus auro

Streticulus

Alba

tum in finibus Italie de quo Virg. Tirrenusq; fretis immittit
ęstus auernis & Suetonius in Augusto portum Iulium aput bai
as ĩ misso in lucrinum & auernum nam lacum effecit in quo cum
hyeme totas copias exercuisset pompeium inter uiuas & manlo
cum superauit Ego uero de portu hostię intelligo nam teste sue
tonio claudius portum hostię extruxit & subdit proposuit altis
simam turrim in exemplum Alexandrici phari ut ad nocturnos
ignes cursum nauigia dirigerẽt qđ magis placet quia tyrrenum
ibi mare est Intelligamus tñ catullum cum prora ad hostiensem
portum uenisse magistrum uero nauis puppe trunca interiora
intrasse q̃ erant ꝑuia | Cymbę baiane | id est quali utuntur in lacu
baiano hoc est lucrino. i. nauicula q̃ seruit nam in lucrino utunt
nauiculis & cymbis uñ ꝓpertiꝰ Atq; utinã mage te remis confi
sa minutis paruula lucrina cymba moret aqua | Laribꝰ paternis |
qđ lares in cõpitis colerentur Seruius Tullius initium dedit
quia conceptum ex lare flamma in capite eiꝰ conspecta declara
uit ipsum ornabantur autẽ coronis floreis. Plinius iam tunc co
ronę deoꝝ honos erãt & larium publicorum priuatorũq; | Gallu
ra | de gallura Cornelius tacitus meminit quemadmođ gallura
Crispillina dicta fuit & magistra libidinum Neronis quę trans
gressa in aphricam ad instigandum in arma Clodium Marcum
famẽ populi Romani haud obscure molita totiꝰ postea ciuitatis
gratiam obtinuit consulari matrimonio subnixa & apđ Galbam
Othonem uitellium illesa mox potens pecunia & orbitate quæ
bonis malisq; temporibus nixa ualuit & hanc pro similibus po
suit | Pactius | hi pactius orphicus primipili honore perfunctus
fuit teste eodem Cornelio Tacito & alius pactii apud ipsum
mentio est | Tabellis porticus | uota enim pro euentu rerũ scrip
ta porticibus templorum affigebant ueteres sicut apud Sueton.
augustus paratissima & scriptis tabellis habuisse uota ostendit
| Hęcatombem | hoc uerbo homerus utitur ab εκατον centum
& βουσ bos eratq; sacrifitium centum boum At Diodorus ait
celebritas erat olim mea quam diximus phenycia lustris singu
lis seruata ad quam undiq; eproximis locis accedebant pingues
camelos hecatombas appellant diis in templo sacrificaturi aquã
inde recedentes nam persuasum erat eam ad sanitatem deferen
tibus conferre in patriam ferebant | Turni agro | sed teste solino
anno urbis conditæ CCC. Septuagesimo secundo Italia in Lu
canis primo bello epyrotico elephantes uidit Molosso pyrro

Baiani portus

111

Hostię portus a claudio

Lares in cõpitis

Gallura

Hęcatombę

Elephantes in lucania

Epirus molossia dicta

regi epyrotarum nam epirus molloſia aliquando dicta fuit| No uium|eius meminit Martialis de noſtris poteſt noui9 feneſtriſ & Cornelius tacitus erat de centurionibus| Per iſtrum pacuui us|iſter pacuuius atellius de quo ii. ſatyra uidimus pro captato ribus accipiuntur alii| Paconium|legunt qui unacum heluidio Italia depulſus fuit ut Cornelius tacitus ait| Pauconium|tamen alium ponit Suetonius in tyberio dicens cur pauconius maieſta tis reus tā diu uiueret & ſubdit ſcp̄ſiſſe Senatui ut de pęna pau conii quam primum ſtatueret| Illud ebur|elephas| Ante aras gal lure de qua dictum unde erat ſpes| Iphigenia|filia ſicut Iphige nia quam ulyxes permittente agamennone mactare inſtitueret ſacris| Tragicę ceruæ|non ſperat inquit ſupponi loco filiæ ſuæ cęruam ſicut ſuppoſuit diana loco Iphigenie de qua tragoedia facta eſt| Nec comparo teſtamento| Ironia eſt maior res eſt in quit habere teſtamentum orbi ut fias heres quam fuerit ſeruare mille rates grecorum mactata Iphigenia & ideo| Nec comparo| ait| Naſſe|medici thalamo ſuo curantis ægros ut hæreditatem ſibi relinqueret| Iugulata mitenis|propter ſimilitudinem| Naſ ſæ|quia tanquam piſcis naſſam effugere te hæredem minime po terit| Viuat pacuuius|conceſſio eſt indignatiua quaſi dicat mal lem uiuere per unum diem laboribꝰ meis & honeſta uita ac pau pere quam trecētos ut neſtor annos & poſſidere opeſ| Neroniſ| & turpiter uiuere| Rapuit Nero| ut enim ait Suetonius colla tionibuſq; non receptis modo ſed efflagitatis prouintiis priuato rumq; cenſus prope exhauſit Itaq; cum tales captatoreſ non amo reſed ſpe hereditatis inſeruiant orbis euenit ut ipſi etiam a ne mine amentur ac conlaudentur In quo claudit hanc ſatyram Iu uenalis Suadens nullum captatorem laudabilem nec amabilem cum ipſe nec uero amore proſequatur homines & ſic turpem il lam ſpem ac uitam diſſuadens hortatur nos non ſpe premii: Sed caritate beniuolentiaq; noſtris amicis ſimul & mundo corde ſeruiamus.

¶ Finis Tertie QVarti libri Satyre explanationis

112

¶ Per A. CN. QVirinum Sabinum Poetam Laureatum Super QVintum librum Iuuenalis

EXPOSITIO

XEMPLO Sunt & qui uolunt quinti libri initium hic esse in cuius prima satyra temporalium bonorum amissione plus equo dolentes reprehendit in quo inuenit amicum caluinum qui pecunias cuidam crediderat a quo cum sibi denegarentur grauiter & inconsolabiliter dolebat presertim cum neq; Iuramentum neq; fides seruaret neq; peierantes puniri uideret dicit ergo poeta q̄ quamuis a Iudice nō puniat talis peierās tñ consciētia male actę rei uexat & mordet | Et hoc displicet auctori | id ē peccanti | Vicerit | uel munere uel amicitia uel gratia | Vrnam | Iudicium quia per sortes elicie bantur qui puniri debebant ut sit contra eos qui dicunt multorum iudicum sententias in urnam condi & inde elici Virgilius lib. vi. QVęsitor Minor urnam mouet Ille silentum &c. & sortesq; & crimina discit de quo seruiꝰ ibi | Caluine | Mart. equales scribit uersus caluinus & umber. Significat autem malum poetā eum fuisse | Sacrum | iuramento depositum | Fonteio consule | uir consularis erat fonteius capito sub Nerone galba & uitellio de quo Cornelius tacitus ait Auaritiam fonteii Capitonis adimendis assignandisq; Sue militie ordinibus integre mutauerat Nec consularis legati mensura Sed in maius omnia accipiebant | Gladio uel pyxide | quia ferro uel ueneno in pyxide posito interficiebant ut eorum pecunias auferrent | Thebarum portę | legimus plures thebas alia est in boetia que & draconigena a poetis etiā dicta d̄ qua hic poeta loqui uidetur quia septem portas habuisse uidetur ac totidem duces Vnde naso poeta libro secundo tristium Et septem portas cum duce quamq; suo inquit hesiodus similiter lib. i. τους μεν εφεπτα πυλω θηβη καδμη ιδι γαιη hoc est partim quidem insepti portea thebe Cadmea terra quod magis heret quia pergit hostia nyli que fuere septem ut septēplicis hostia nyli & quidam uolunt ad septem sapientes referri qui sunt Thales solon chilon pythacus bias cleobolus periāder Alii uolunt intelligi theben in egypto ab usyri ægipti rege teste diodoro siculo ii. hist. conditam quam greci heliopolim id est solis urbem uocauere eodem teste illius menia. C. xl. stadiorum

Vrna

Caluinus

Fonteius

Tebe

Sapientes vij

ambitum habent fuereq; magna edifitia & ſpetioſa deorum tem
pla & omnium ciuitas fuit orbis feliciſſima Plinius quoq; libro
hiſt. xxxvi. penſilem totā fuiſſe aſſerit ſubter quā reges ſoliti
erant exercitus armatorum maximos educere nullo ex oppida
nis ſentiente & quod mirabilius eſt medium oppidum fluuius
interſecabat hanc eandem Homerus libro v. illiados centum
portas habuiſſe prodit & Iuuenalis alibi Atq; uetus thebe eſſe
tum iacet obruta portis Colligentes igiē hinc ferūt quot| The
barum porte|id eſt centum & deinde augens quod dicit ſubdit
|Hoſtia nyli|Nam alia thebe fuit in cilicia patria andromachus
Alia in lucania regione inter calabriam & campaniam| A nullo
metallo| Septem enim genera metallorum traduntur Aurum ar
gentum ęſ. electrum ſtangnum plumbum & quod domat omnia
ferrum Itaq; ab auro aurea ab argento argentea eſt dicta a ferro
ferrea iſta non ſolum eſt optaua ętas & q̄ ſuperet metalla ſemel
& nomen habere poſſit uerum eſt nona & magiſ decliuiſ Amicus
hęc negligens grecos ſecutus ait qui ad octauam peruenunt
heroicam & deorum & alias ętates interponere teſt. Fuſidius
de hoc horatius in ſermonibus| Fuſidius| uappa exigebat uſuraſ
& erat nebulo nam uappa teſte porphyrione nebulo dicitur| Ili
acus puer| Ganymedes| miniſter Iouis| Herculis uxor| hebe Iu
nonis filia| Taberna lyparea| antro in quo fabricat fulmina quę
erigitur iuxta lyparim unde Virgilius Inſula ſicanium iuxta la
tus ęoliamq; Erigitur liparim fumantibus ardua ſaxis &c.| Vr
gebant athlanta minori| atlas enim cęlum dicitur ſubſtinuiſſe
|Minori pond. quia non erant nūia| Profundi| maris ut neptu
nus| Sicula coniuge| proſerpina quam teſte Ouidio lib. faſt. in
ſicilia rapuit| Rota| in qua yſion uoluitur & nota ſunt hec om
nia| Si iuuenis| Ouidius lib. faſt. Magna fuit quondam capitis
reuerentia cani| Primaq;| quicumq; annis ſuperaſſet tamq̄ ſenex
honorabat| Prodigioſa| quia contra uſum huius temporis| Thuſ
cis libellis| auſpicibus qui ab hetruria primum romam uenere
|Fęte mulę| cum nūq̄ graues fiant unde muri Babylonii in ex
pugnabiles ꝛopyro uidebantur q̄ magus ei dixiſſet poſtq̄ mula
pareret fore ut muri babylonii expugnarentur Sed poſtq̄ hoc
reſciuit oſtentum uiditq; uetuit Seruos cuipiam rem aperire ꝺ
quo herodotus plene ſcribit lib. iii. | Lapides| unde apud liuiū
nuntiatum eſt in albano lapidibus pluiſſe| Longa uua| in morē

racemi uuarum Plinius ait apes castra omnes ponere ubi rex cõ
sedit tunc ostenta facere priuata ac publica uua dependente in
domibus templis ue sepe expiata magnis euentibꝰ inepte ergo
amicus qui non dependente uua sed apes dependentes uua le
git apud Plinium | Tarpeia flumina | Iouis qui in capitolio colit
| Phario aceto | quia in pharo Egyptia calore solis citius uina
acescunt Martialis uoluit bonum acetum esse dicens Amphora
niliaci non sit tibi uilis aceti esset cum uini uilior illa fuit | Irato
sistro | dicebãt deã cecos sistro tuba facere peccãtes uel peierãtes
Vñ Oui. de sine Tit. per tua sistra precor per anubidis ora ue
rendi nam đ iside satis supradictum est | Pthysis | exulceratio pul
mõis ex humoꝝ cõcursu ptysis etiam est spuitio a πτ νω quod ẽ
spuo | Vomice | ulcera que uomunt continue & de uomica ualeriꝰ
libro primo in fine loquitur uomice fistulę ex putrido factæ
| Antycyra | helleboro ad purgationem | Archigene | de quo supra
Gloria plante | quid prodest inquit pedum uelocitas pauperi &
nomen uelocitatis | Piseę ramus oliuę | coronabantur oliua uicto
res apud pisas oppidum olympi Corona inquit illa nil prodest
si esurit uictor | Mimũ agit | facit te mimum ille cui credidisti pe
cunias id est hominem ridiculum sicut scurra quidam faciebat ca
tullum | Vrbani | ut is intelligatur catullus de quo supra nam po
eta non de urbe fuit sed ueronensis nisi urbani festiui dicamus
quidam cognomen esse catulli Vrbanum uolunt & eum hic intel
ligunt qui phasma scripsit in quo prodigiosę res scribebant qua
les sępe in sompnis apparent non enim phasma ostentũ ut ami
cus uult significat proprie sed somnium licet pro ostento quod
in somniis sępe apparet poni potest exponit ergo ita ille mimũ
agit id est exclamat ut scurra fugitiuus qui recitaret phasma ca
tulli sed inepte interpretatur quando non intelligit poeta deci
pientem exclamasse sed caluinum deceptum | Stentora hunc ho
merus Iliados libro v. heroa magnanimum & fortem ex his grę
cis qui ad troiam uenere ostendit tantumq; uocis habuisse Soni
tum q̃tum quinquaginta homines & ideo | Vincere | possis inquit
| Gradiuus homericus | de quo homerus scribit nam gradiuꝰ mars
dicitur & thrax uocabulum ẽ significatq; fortem & bellicosum
hunc homerus primo Iliados cum a diomede in extremo lateris
esset uulneratus tanto uocis sonitu exclamasse quanto aliorum
decẽ milia potuissent quod hic poeta notat | Carbone | igne sacri

fitii| Soluta cartha| in qua tenentur thura| statuam bathylli| Io
culatoris de quo supra molli saltante bathillo dixit hoc ideo di
cit quia deierantes non punis| Tunica distantia cynicis| Satiris
dicit qui uitia insectantur sicut cynici qui mordaces ut canes
sunt hinc teste laertio interrogatus diogenes quare canis dice
retur respondit quia in eos qui dant blandior in eos qui non
oblatro malos autem mordeo Idem autem ipsi quod & stoici sen
tiunt finem esse secundum uirtutem uiuere Sed stoici tunicam
habent si quando coeunt Cinici uero nudi sunt quia in uia coe
unt & absq; uerecundia more canum sicut crates thebanus cum
uxore hypparchia & alii permulti Vnde i.| Dolea nudi non ar
dent Cinici| dixit nam deprehensi in coitu hominem ferimꝰ re
spondere audent| Letum plantaribus| Epicurum primum inue
nit hortos consitos arboribus propertius incipiam aut hortis
docte epicure tuis hieronimus infra Ioui manum libro ii. epicu
rum nostrum stantem in hortulis suis inter adolescentulas &
mulierculas alloquamur| Cyrograua ligni| stipulas dicit in quibꝰ
debitores se inscribebant & designabant cum uellent se serua
turos fidem ostendere creditori| Radat inaurati| nam fures era
dere soliti erant unguibus teste Mar. An magis astuti derasa ē
ungue ministri Bracthea defulcro quam reor esse tuo| Corio bo
uis| culleo dicit cum esset pena| Custos gallicus Anser| dicit qui
seruauit urbem uenientibus gallis senonibus Papinius osten
dit gallicum quendam uocitatum Rome eciam custodem dicens
QVem penes intrepidę mitis custodia Rome impediebatur ergo
audie ndis sceleribus & reddendo iure in tempore Domitiani
per omnem diem de hoc ergo intelligere possumus| In meroe|
teste herodoto hist. ii. & diodoro hist. primo Insulę cuiusdam
nili metropolis a Cambyse condita a nomineq; matris denomi
nata hꝰ incolis scribit pomponius libro iii. dimidio protensio
rem uitam q̄m nostram & feminas habere mammas grandes &
equales infantibus idem loquitur de germanis| Cornua| cincin
nos madido cyrrho globo capillorum calamistro| Pygmeus| po
puli teste Plinio septimo hist. tenentes montana indie uicina
oceana salubri cęlo semperq; uernante de quibus etiā dixit pha
ma est arietum caprarumq; dorsis insidentes armatos sagictis
ueris tēpore unuerso agmine ad mare descēdere & oua pulloſq;
gruum consumere ternis expeditionem eam mensibus confici

aliter futuris gregibus non resisti nam ut homerus In initio li
bri tertii illiados scribit singulare bellum contra grues habent
Ait enim de troyanis ꝑtra grecos tendẽtibus & clamore ac clan
gore sublato non secus ac grues solent cum sidus hibernum fu
gientes matutino tempore cum ingenti clangore cateruatim ce
lo feruntur ad occeanumq; se conferunt illature dirum ac morti
ferum bellum pygmeis quibus| Pigmeus bellator accurrit in ar
mis| sed aliqñ impar a grue rapitur & per aera| Curius unguibus|
deportat & hoc poeta dicit| Dulci hymetho| quidam socratẽ athe
nienssem aiunt & dulci quia himetus mons est teste Plinio iiii.
hist. in attica regione & teste solino omnium princeps greco-
montium & semper floribus uestit unde Ouidius Meth. vii.
uertice de summo semp florentis hymeti alii platonem intelli
gunt & senex fuit unde ualerius lib. primo At mihi quidẽ pla
tonis ape non montem hymetum thymi flore redolentem & re
liqua Sed quia subdit partem cicutę de socrate melius legit| Ce
dicio| de quo repertore tormentorum Cor. Taci. sic habet Dum
uitellius resignare imperium uoluisset postremo inquit fletu ꝓ
pediente assistenti consuli cecilius simplex erat exsolutum a la
tere pugionem uelut ius necis uiteq; ciuium reddebat nam con
sul fuit & iustitie auctor ideoq; | Rhadamantus| adiungit iudex
inferorum de quo Dionysius siculus late circa finem| Spartano
cuidam hanc historiam herodotus scribit dicens QValis autẽ res
circa depositũ contigit sparte uolo referre dicimus nos spartia
tę fuisse tertia ab hinc ætate quendam glaucum epicydis filium
qui cum aliis summis laudib9 excellebat tñ iustitia inter omnes
optime audiebat qui per id tempus lacedęmonẽ incolebant &
huic procedente tempore contigisse ut uir quidam milesius spar
tam uenerit hominis conuenienti gratia atq; ita sit allocut9 ego
sum uir milesi9 q ad tuã glauce fruẽdam iustitiã uenio nã cũ eẽt
tua fama celebris tũ pennẽ aliã grętiã tũ uero per Ioniam apud
me metipsum rationat9 sum ionia q̃dem semper obnoxia piculis
ẽ peloponesus autẽ tuto fundata & ob id uidẽ licet eosdẽ homi
nes nihil habere pecuniaq; nec reputãti mihi atq; cõsultãti uisum
est dimidium mei incolumia fore Tu uero has pecunias accipe
& hanc notam quam una custodias quã notam quisq; habẽs repo
scet pecuniam ei reddito hec hospes q mileto uenerat dixit atq;
ea conditione depositum glaucus accepit multo deinde tempo
re interiecto filii eius qui pecuniam deposuerat spartã ueniunt

114

Hymetho

plato

Celsius

Glaucum conueniũt exhibitaq; nota pecuniã reposcunt ille. n. uero repellere boĩes atq; his uerbis econtrario respõdere neq; istius rei qquã reminiscor neq; ad me ptinet scire q̃ dicitis uolo tñ remiscẽi qcqd iustũ fuerit facere & si accepi iure optimo red dere sui a p̃ncipio non accepi greco⁊ legibus in uos uti ad qđ cõfirmãđ pstituo uobis tẽpus binc ad iiii. mẽses Ita mileſii fac ta iactura tanq̃ fraudati pecũia discessere & glaucus delphos se contulit ad oraculum consultandum cui consultanti an orco id ẽ iureiurando pecuniam p̃daretur pythia respondit his uerſibus Glauce epicydes equidem expedit ad breue tempus sic orco ui cisse inter uertisseq; nummos deiera & euorcum id est bene iurã tem siue deierantem quoniam manet exitus idem ad hora natus qui nomine qui manibus qui nullus est pedibus rapide aduenit usq; ad eodum conuoluens omnem perdat prolemq; domumq; cũ sobole euorci melius sed postea agetur. his auditis Glaucus ue niam sibi eo⁊ quę dixisset ut daret deum obsecrabat Cui pythia inquit idem pollere temptare deum & facere Tunc glaucus acci tis mileſiis hospitibus pecuniam reddidit cur autem hęc oratio apud uos instituta est dicetur Glauci nunc nulla super est neq; soboles neq; domus q̃ illius censeatur sed ex sparta radicitus ex trita est ita bonum est nihil aliud de depõsito cogitare q̃ ut repe tentibus reddatur &c. leutichides &c. / Phythia uates / hęc hauſ to diumationis spiritu metro & oratione soluta ferebat oracula & phęmonoen teste Strabone primam fuisse pythian ferunt ua tem apolinis / Albani / ubi bona uina sunt / Sacra / execranda & ter ribilis / Ad mores natura recurrit / binc qui semel malus semper presumitur esse malus / Egei rupem / id est cyclades ad quas rele gabantur damnati gyarium & seryphum / Pena amara gaudebis / tu o caluine quoniam dixit / Noster / perfidus / id est qui tibi dene gauit / Depositum / & / Pactetur uncum / nam licet non re uera in carcerem ducatur tamen conscientia adeo mordebit ipsum ut si milis pena uideatur quę erat ad gemonias uel reuera dicit nul lum malum impunitum fore sicut illius spartani / Nec surdum / ut non audiat periuria / Nec Tyrresion / id est cecum ut tyrresias tebanus & pericri filius teste lactantio grammatico de cuius cecitate Ouid. iii. meth. scribit & alii ait ergo tandem uidebis eũ q denegauit tibi depositũ a diis punitũ qñ qdem nõ adeo sur di nõ ceci sunt ut nõ audiãt aut uideãt ipso⁊ piuria nephanda & sic claudit hanc Satyram in qua plene declarauit nullam esse in

Phythia vates
phemonoes
Cyclades
Tyresias

debitoribus fidem nec tamen creditorem debere ultorem esse cum deus sit ille qui ipsos peierantes & peccantes puniet tandē ut sit illud tarda procedit ad uindictam ira dei suppliciuq; tardi tatem grauitate compensat.

¶ Per. A. CN. QVirinum Sab. In Scd̄a Libri QVinti Satyra. Expositio.

LVRIMA/In hac Satyra quales debeant esse parentes in filios docet damnatq; eos qui etiam presentibus filiis nō modo gule indul gent Sed reliquis uitiis quos filii imitari queant cum quantum exēpla moueāt deberēt ꝯsiderare cauereq; ne uel minimū uitiū ip̄oꝝ filii uid̄re possint elegitq; ad quem hoc scriberet fuscinū/Plurima &c. | Sinistra/ mala nā & bona dextra d̄r/ Nitidis rebus/nitidas aīas hn̄tibus filiis/Bullatus puer/ut bulla dignissime & supra/Thuscum/pue ro si contigit auꝝ/Arma/talos dicit/Fritillo/ porphyrio in ser mōe iā dudū expōit/Fritillum/eē in quo cōiectę thesserę agita tę ue mittunt ꝯtra eos q dn̄t fritillo. i. signo ore dato similitu do est a militibus ducta/Barbatos/graues & modestos qui pudo ris plus habent Persius barbatum crede magistꝝ/ A magna culi na/patris mitem animū ꝑ interrogationē quasi dicat nō nā cum gladiator esset & gulosus non nisi sęuitiam docebat rutilus/No stra materia/Fabulam tangit promethei qui decreta fecit homi nē: dicit ergo diuersa materia & creta illum existimare seruos factos a nostra de quo rutilo in satyra acticus dictum est/Syre na/cantum dicit & uoluptatem nam magis gaudet seuitia/ Anti phates/similis illi regi lestrygonum qui carnibus humanis ues cebatur. erat eī m melampi medici filius ex iphianassa filia pro eti & pater ciclei. Vnde Homerus xv. odysseæ ΑΝΤΙΦΑΤ ΗΣ ΜΕΝ ΕΤΙΚΤΕΝ ΟΙΚΛΗΑ ΜΕΓΑΘΥΜΟΝ Idemq; fuit pater am phiarei uatis argiui/Poliphemus/nota fabula naꝫ teste Homero ex sotiis ulyssis Sex deuorauit. teste autem Virgilio duos. Vt uidę ego met duo de numero cum corpora nostro Frangeret ad saxum/Duo linthea/perdita uel ablata/ Ergastula/ tabernas uel Officinas in quibus noxii homines uel Serui durius operari cogebantur ab ΕΡΓΑΖΟΜΑΙ Hoc est operor./ QValia/ Fuerunt Thusca Ergastula. de quibus in Satyra/Credo pu dicitiam/diximus Plinius uero in masculino uidetur uti libro xviii. hist. cum de agricolis utitur. Sed nos miramur inquit et

gastulos non eadem molumenta esse que imperatos ergastulos operarios eos intelligit qui agriculturā exercent| Ideo carcer rusticus|dicit| Large filia|quidam nomen proprium inepte cō fingit ex domo largiorum. nam large hoc loco poeta pro manifeste & abundanter ponit & ē aduerbium ait. n. cum aliqua mater fuit placabilis filia quoq; large & benigne opus suū amatoribus donat & adulteris| Ceras|tabulas in quibus scribebāt & pugillares uitellianos intelligit de quibꝰ Mar. in distichis| Eisdē| quibus mater| Domestica|de domo patris uel matris autoribus parentibus| Titan|promoetheus unus ex titanibus| nam filius iapethi qui fuit unus e titanibꝰ & titani filius| Orbita| uia peccandi cum sit sulcus rote| Catilina| oppressor patrię & proditor |Brutus liberator|patriæ & honestatis defensor qui cesarē peremit cuius auunculus Cato fuit. Vnde Cicero in paradoxis Animaduerti Brute sepe Catonem auunculum tuū &c.| Puelle lenonum|meretrices pernoctantis parasiti| Vigilantis & cantantis in domo tua nam sic ad lasciuiam accendit| Tabulas| testamentū cum ipse inobediens sit tibi alteri bona relinquis tua| Ventosa cucurbita|bipallage esse potest pro instrumento ponit simili cucurbite quo utuntur sanguinis minuitores| Caput|autem dicit: propter uenā in capite existētem que stultum facit cum nimio sanguine tumet| Hospite uenturo cessabit| Vacabit ab opere et cultu tanto magis in filio hec fieri debet mundities nō domus solum sed morum| Vasa aspera|celata| Ciconia pullos| de quibus Solinus inquit parentes ali a filiis tanto tpe quantum impenderunt foetibus educandis Plinius ciconiæ quo nā e loco ueniant aut quo se referāt in optum adhuc ē & subdit sunt qui ciconiis non inesse linguas cōfirment bonos his serpētiū exitio tātus ut i thessalia capitale fuerit occidisse eadē legibus pœna quę in homicida. & subdit ciconie nidos eosdē repetunt. Genetricū senectā iuicē educāt| Vulturis|idē Pli. ait nigros pualere nidos nemo attigit ió fuere q putarēt illos ex aduerso orbe aduolare falso nidificāt. n. in excelsissimis rupibus fetus qdē sepe cernūt fere bini Vmbricius in nrō euo pitissimus pere tradit oua trecim uno ex bis reliqua oua nidūq; lustrare reliq; mox abiicere. Triduo aūt añ aut biduo uolare eos ubi cadauera futura sunt Sāqualē auē atq; in musulū augures romāi magnę qstiói bnt imusulū aliq uulturis pullum arbitrantur esse & sangualē Ossifragam massurius ait immussulum pullum aquilæ priusq; albicet cauda

quidam poſt mutium augurem uiſos nō eſſe rome conformauere ego non arbitror agnitos &c.|Famulę| aquilę| Matura| adulta Cetronius hunc Cetronium Piſanum prefectum caſtroꝝ refert Cornelius Tacitus quemadmodum feſtus uinciri iuſſit propri as obſimultates|Fortunę atq; herculis|hec templa. Nam Plini us.xxxvi.dicit in domum ſuam Neronem incluſiſſe ædem for tunę quę ex lapide phegmide tranſlucēs ędificata foribus clau ſis claritatem diei intus haberet & de hac loquitur Iuuenalis. quamuis teſte Strabone habet preneſte fortunę templum illu ſtre unde certa edūtur oracula &c.& ſubdit preneſte enim quō dam polyſtephanum id eſt multarum coronarum appellatam .| Herculis ædem|Ouidius in faſtis circa finem ſexti a.M. Phi lippo oſtendit conditam|Curuo|bene ait quia Strabo ait In me dio poſitum ſinum illi Caietam nominarunt curua enim omnia Caietaſ appellauere laconeſ pleriq; ſinum ipſum ex ęneę nutri ce cognomen duxiſſe ferunt ſtadi.autem.c.longitudinem habet a Tarrhacina| Poſides|hic libertus Claudii fuit de quo Sueto nius inquit libertorum precipue ſuſpexit poſidem Spadonem. quem in britannico triumpho inter militares uiros haſta pura donauit|Metuentem ſabbata|Iudæum ſignificat|Suillam|Vnde ſupra & uetus indulget ſenibus clementia porcis de qua re in Satyra credo pudicitiam plura diximus ſed addit Cornelius ta citus q; iudei ſue abſtinēt memoria cladis qua ipſos ſcabies quō dam turpauerat cui id animal obnoxium|Celi numen| Corneli us enim Tacitus cum dixiſſet ægiptios pleraq; animalia effig ieſq; compoſitas uenerari ſubdit iudęi mente ſola unum numen intelligunt prophanoſ qui deum imagineſ mortalibus materiiſ in ſpecies hominum effingant ſummum illud & æternum neq; immutabile neq; interiturum igitur nulla ſimulacra urbibus ſu is ne dum templis ſunt|Nubes|igitur ait ſe exponens id eſt ce li numen reſpexitq; poeta ad comædiam Ariſtophanes cuius ti tulus eſt νεφελαι id eſt nebulæ In ea.n.confingit ſocratē nebulaſ colere & Athenięſium religiōibuſ detrahere. aut certe nubes in contemptum iudaicæ relligionis dixit quaſi res nubi la Et obſcura ac inanis ſit | Preputia | Circumcidunt a Pre putando dicta Sed Teſte Cornelio Tacito Iudæi Circumci dere genitalia inſtituerunt ut diuerſitate noſcantur. Sed te ſte Herodoto ſoli omnium hominū æthiopes colchi & ægyptii

ab initio statim pudenda circumcidunt Nam et Phæniceſ et ſyri qui ſunt in paleſtina didiciſſe ſe id ab ægiptiis confitẽtur uerum ægyptioſ alibi ait Herodotuſ circumcidere munditiæ gratia pluris faciẽtes ſe mundoſ eſſe q̃ decoros| Romanas| Paganas| Moſes| lator legum iudeis cuius leges longum ẽ referare quas Hyeronimus traduxit ex hebreo in latinum| Soliti contẽnere| ait quia teſte Cornelio Tacito nouos moſes ritus contrarioſq; cæteris mortalibus indidit. prophana illic omnia quæ apud nos ſacra rurſum conceſſa apud illos quæ nobis incæſta. Effigiem animalis quo monſtrante ſitim erroremq; depulerant penetrali ſacrauere cęſo ariete uelut in contumeliam ammonis bos quoq; immolatur quem ægiptii apim colunt| Monſtrare uias| quidam ſuæ ſectæ rationem intelligunt ideo etiã ſupra| Mero pede| ſabbata obſeruari dicit. & Virgilius pedem pro omine poſuit libro. viii. Ad tua dexter adi pede diua ſecundo ubi Seruius ait bono omine uel proſpero propitius adi| Ad fontem| ad ſapientiam ſuam Verum Cornelius Tacitus cum Iudęi alias in terras per boccborim ab oraculo iuberentur duci Tradit moſen unum exules monuiſſe ne quam deorum hominum ue opem expectarent utrinq; deſerti & ſibi met duci celeſti crederent p̃ma cuius auxilio credentes miſerias preſentes pepuliſſent. Aſſenſere atq; omnium ignari fortuitum iter incipiunt & ideo uias ait quæſitum autem ad fontem quoniam ſubdit Cornelius Nihil æque quam inopia aquę iudæos fatigabat ranq; haud procul exitio totis campis procubuerant cum grex aſinorum agreſtium e pacto paſtu in rupem nemore opacam gceſſit ſecutus moſes conſectura herbidi ſoli largas aquarum uenaſ aperit id leuamen & continuum ſex dierum iter emenſi ſeptimo pulſis cultoribus obtinuere terras inquiſ templum & urbſ dicata. eum igitur fontẽ quæſitum ſecundum hiſtoriam dicit| Verpoſ| Iudeoſ dicit a uerrendo podicem ſanguineum enim morbum patiuntur| Heſperidum ſerpenſ| Draco enim ſeruabat pomaria athlãtiſ filiarum heſperidum| Ponticuſ| traco mihi qui aureum uelluſ in colcho cuſtodiebat inſula ponti| Fabriſ| fabricantibuſ et exercentibuſ incude Methafora eſt.| Modio| Menſura parua.| Minutal| Fragmentum cene| Lacerti| Piſciſ ſimiliſ lacerto| Signatam ſigillatã bene apponi conchen cybum ex faba ſolitum ait ſic Martialis. Cum ſaxetani ponatur canda lacerti Et bene ſi cænas conchis

inuncta tibi est|Numerata| eō magis alia numerantur ab ipsis auaris|De ponte|id est mendicus. unde supra diruscq; a ponte satelles|Seuos uentres|famelicos| Tunicam lupini|grossam dicit nec curat detractiones in diuitiis melius tamen si pro minima re tunicam intelligamus ut modus sit loquēdi ego malo tunicā ne dum ipsum fructum & pati detractionem q̄ laudari & nihil habere lupinum autem homini & quadrupedum generi.t. Pli. ungulas habenti comunem dicimus remedium eius ne metentes fugiat exiliendo ut ab hymbre tollatur nec ullius quæ serūtur natura assensu terrę mirabilior est primum oīū cum sole quotidie circumagitur horasq; agriculis etiam nubilo demonstrat & plura d̄ eo scribit Plinius concludendo maceratum calida aqua homini in cybo esse nam bouem unum modii singuli sacīāt ualidumq; prestant & hoc libro.xviii.|Sub tacio|tempore Tacii parum possidebat. Nam ut Plinius li.xviii. tradit aruorum sacerdotes Romulus in primis instituit seq; duodecimum fratrē appellauit inter illos ab Acca laurentia nutrice sua spicea corona quę uicta alba colligaretur in sacerdotio et pro religiosissimo insigni data quę prima apud Romanos fuit corona honosq; is nō nisi uita finitur & exules etiam captosq; comitatur bina tūc iugera po. Romano satis erant nulliq; maiorem modum attribuit quo seruos paulo ante principis Neronis contempto huius spatii uiridia & piscinas tuuat habere maiores gratumq; si non aliquem & culinas & ideo Iuuenalis ait Nunc modus hic agri nostro nō sufficit horto|Molossos|quia pyrrhus rex molossoꝝ fuit |Curta|minuta|Marsus|poeta fuit de quo Ouidiꝰ similiter|bernicus|uestinus de hoc supra uidimus nam Cornelius Tacitus meminit satius tamen intelligi uidetur rusticus aliquis senex ex Marsis populis accolis fucini lacus similiter bernicus ex oppidulo bernicorum q̄d erat supra montes prenestinos.t. Strabo. &|uestinus|nam eodem teste Vestini populi sunt ultra picenum sicut & marsi &c. pyrrhum regem epirotarum cuius historia ab omnibus pene describitur & molossi in epiro sunt populi apud quos optimi etiam canes esse perhibentur ut Horatius ostēdit. & alii per multi|Bina iugera|Plinius ait dona imperatorum ac Fortium Ciuium fuisse QVantum Vno die Plurimum |Arauisset aliquis Sed alibi dicit Plinius Marci |QVidem Curii post Triumphos Immensumq; terrarum adiectum Imperio nota

117

Romuli annale sac

pyrrus

Vestini po

Molossi

ſancitū ē pernitioſum intelligi ciuē cui ſeptem iugera nō eſſēt ſatis hæc autem menſura poſt exactos reges aſſignata eſt poſtea tantum creuit ut etiam quingenta iugera liceret poſſidere &c. |Perone| Virgilius crudus tegit altero pero libro vii. eſt enim genus calceorum quo antiqui utebantur plures fibulas habens a quibus denominatur περονη enim fibula latine dicitur. |Vitem| non coronam ex uitibus dicit ſed imperium Exercituſ aut centurionatum intelligit de quo uide ſupra nodoſam poſt hec frangebat uertice uitem quod magis oſtendit per id quod ſequitur longos caſtrorum ferre labores ſi piget &c. |Buxo pectine buxeo| Miretur lelius |uir ſeuerus cenſor non ille de quo Cicero in maiori Catone Sed alius ætate domitiani qui edilis theatris præponebatur. Vnde Martialis Cum phaſis quidam edictum Domitiani laudaret d' ordine equitum in teatro facto ſubdit hec & talia dum refert ſupinus Ille purpureas & abrogā tes Iuſſit ſurgere lelius lacernas. QVidam lectius in Martiali legunt| Ablegande Tyberim ultra| hoc notauit Martialis Tranſtyberinam cutem dicens de coriis animalium| Lucri bonus eſt odor| illud Suetonii tangit de Veſpaſiano qui reprehendenti filio Tito q̄ etiam urinę uectigal commētus eſſet pecuniam ex prima penſione admouit ad nares ſciſcitans nun odore offenderetur & illo negante At qui inquit e lotio eſt| Brigātum| populi germaniæ ad Rhenum| locupletē |que facit locupletem| Digna poetæ |quaſi poetæ adeo laudabilis ſententia| Ante alpha & beta| Alphabetum ſūt enim primæ grecorum littere| Feſtinare| ad docendum auaritiam| Aiax| nam longe fortior fuit patre thelamone ſimiliter| Achilles |peleo ſic tu auaritia a filio| Elatam| ductus auaritia ut dotem uxoris habeat ſtrangulabit elatam ad funus: Vnde Terētius effertur funus| Si grecia uera Menechebus| Si uerum dicunt greci Menechec9 alii cum diphthongo ſcribunt Menechaeus. Sed uerſus hic nō patitur de hoc meminit Cicero primo tuſcu. queſtionum. nam oracuło edito largituſ eſt ſuæ patrie hoc eſt thebis ſuum ſanguinem ſicut decii de quibuſ ſupra dictum eſt| In quorum ſulcis| nota eſt fabula de Cadmo. |Trepidū| nec parcet tibi plus q̄ aliis| Leo| tāq̄ leo quia. Mar. magrm̄ a quo gubernabat læſit unde ait læſerat ingrato leo pfidus ore magiſtr̄ auſ9 tā notas 9temerare mang| Nota mathematicis licet inqt ſciat a Mathematicis diē mortis tuę propinquæ

tamen| Graue est expectare| & ueneno uel alia re perimet| Cer
uina| Ceruo enim lógo uiuit tempore| De archigene & mitrida
te| Supra dictum est| Ad uigilem castorem| nam cum a furibo era
rium quod in templo Martis erat auferretur et frangeretur in
templo castoris positum est in foro Romano unde non est am
plius ablatum et ideo tanq̃ bonum custodem et seruatorem| Vi
gilem| dixit| Ponendi numi| Sicut aerarium positum fuit Stra
bo ait Hetruscos Latrones reprehensos ab Alexandro & De
metrio cum antiatibus subiectis Romanis qui inquit gratis se
donare corpora propterea antiquam cum grecis necessitudinem
Indignum autem esse ipsos uiros qui regnum Italię uendicarēt
latrocinia simul emittere. Cumq; in foro Castoris & pollucis tē
plum edificatum tantis uenerentur honoribus quos uniuersi
conseruatores appellent qui greciam illorum patriam populen
tur immittere| Florę| Ludi floræ scenici erant de quibus Vale
rius libro scdo cum Cato intraret theatrum unde Martia. Nos
ses iocosæ dulce cum sacrum floræ &c. ludi cereris cōstituti ab
Athenienſibus quando reperta est proserpina. de quibus Augu
stinus de ciuitate dei Ludi cybeles Megalenses erant a Iunio
Bruto ordinati magnę matri deum de quibus supra in sa. credo
dictum est| Iactata petauro| ludo in quo tapetis in aera uios homi
nes mittebant Vnde petaurum quasi petens auras dicitur secun
dum quosdam quidam petauros petentes tauros cornibus dicūt
Sed Martialis Ibit per graciles uias petauri ait. & alibi in. xi.
libro ludum cum rotis esse ostendit dicens. QVam rota transmis
so quatiens in pacta petauro. In libris astronomiæ legitur pe
taurum ludum esse cum circulus ligneus habetur admodum An
gustus & aliquis agiliter per illum trāsuolat manibus directis
nec non pedibus ut nihil tangat & tamen non brachiis & aliis
partibus corporis sed pedibus in terram cadit quare a græco qui
dā deriuāt πέταυρον πέταμαι μέλλοι πέτασω qđ uerbū no
tat uolare| Corycia| Nam Corycus & urbs Cylicie & portus est:
QVo nauigabant croci gratia qui optimus & matoris odoris teste
Plinio & Solino in ea est. Olentis propter crocum at amicus nō
præter morem suum somniat qui Corycia aut pro errabunda &
piratica accipit aut ad theatrum refert quod croco uino; spar
gebatur & tunc lubricum uidebatur. Vnde Martialis Lubrica
coritio quamuis sint pulpita nimbo. uerum poeta Corycia pup
pe ait coricum petēte sicut alibi aricinos hoc ē aricina nemora

petẽtes | Passú | Plinius dicit passum fieri ex quacunq; uua alba & dulci tamẽ precotta siccante sole donec paulo amplius dimidium pondus supersit tunsasq; leniter exprimunt idq; dici | Passum | deinde quantum expressere adiiciunt Vinacii saque putearię ut & secundarium passum faciant & pergit diligentiores eodem modo siccatis acinos eximunt ac sine sarmentis madefactos uino excellenti donec intumescant premunt & supra dixerat psithium passi genus addito melle esse | Spes lucri | historiam tangit de qua Sue. ut paulo antea diximus loquitur dicens : tito filio arguenti se q uectigalia urinę cómentus esset Vespasianus pẽsionem naribus admouit rogans si puteret ille negat atq; inqt elotio est | QVocunq; ergo | hoc est ad omne uilissimum officium gratia lucri | Carpathium | mare a carpatho insula teste póponio li. ii. inter egiptum & rhodum ubi regnum prothei uatis fuit. | Calpe | promontorio non longe ab athlante | Herculeo gurgite | nam hercules ibi gades posuit. est. n. occidentalis occeanus et ppter solẽ occidẽtẽ efferuẽtes aquæ stridorẽ emittũt. Stra. ait gades a calpe. dcc. &. l. interuallo disiungi & ppe erũpentem bethim sitas ibiq; uiros esse plurima & ingentia ementes nauigia | Tumida alutha | quia nobiles ea utebantur faciebat tumidos & superbos. Vnde | Subtexit aluthe | supra ait | Tenso folle | Marsubio uel sacco | Iuuenes marinos | tritones dicit ponit autem pro omnibus periculis | Ille fororis | Orestes qui i manibus electræ fororis terrebatur : hic boue percusso aiacem significat stultum qui dum armenta feriebat existimabat ulissem uel agamenonem percutere ꝺ quo sophocles & alii scribũt | Tabula distinguitur | una unde supra quatuor | digitis a morte redemptus | Facies minutas | Timeus teste Pli. rudi ære usos Romanos tradit Seruius Tullius primus signauit æs & signatum fuit nota pecudum. alibi dixit Romanum populum non ante Pyrrhum regem deuictum fuisse usum argento signato sed libralis & dipondius appendebatur assis argentum signatum est anno urbis. ccce. lxxx. Q. Fabio Cos. quinq; ānis ante bellum primum punicum notaęris fuit ex altera parte Ianus geminus ex altera rostrum nauis & alia multa Plinius ostendit nam etiam notas argẽti fuisse refert bigas quadrigas unꝺ bigati quadrigatiq; dicti nummi sunt Aureus autem nummus post Annum Sexagesimum secundum percussus est | Bonam | qua alligatum est marsubium uel sacculus | Tagus & pactolus | nota sunt flumina aureas arenas ducentia.

| Picta tẽpestate| Vnde Persius| Cantas cum te in trabe pictum
ex humero portes| Lycinus| pro quocũq; diuite ponit Sed Lyci
nus Crassus orator primus teste Plinio. xxxvi. hist. peregrini
marmoris| Columnas| habuit hymettias. Vnde quia dicit| Phry
gia columna| nec absurdum ẽ eum intelligere ciuem ditissimum
Persius nunc lycini in campos nunc crassi mittit in edes| Phry
gia| Tibullus quid ue domus prodest phrigiis in nixa columnis
Tẽnare siue tuis siue caristę tuis. & porphirio tertio lr. carmi
num| Nudi cynici diogenis sicut supra| Plumbo| nõ qđ circuli ĩ
dolio essent ex plumbo sed frusta ipsius textę quę ꝑ dolio erat
cõmissa sunt plumbo qđ est utile ad coniungendum| Testa cum
uidit in illa| diogenes cum ad quendam scriberet ut sibi cellam
pararet faciente id illo tardius dolium pro domo habuit estate
in feruida harena se uolutabat. hieme cooptas niue statuas am
plectabatur parans hiis modis ad laborum tolerantiam huic ad
solem sedenti cum diceret alexãder pete quid uis ait noli mihi
umbram facere. Vnde Laertius refert Alexandꝝ dixisse se uel
le esse Diogenẽ nisi esset Alexander. licet uiderit eum in dolio
habitantem| QVi totum| ut Alexander epicure tibi Laertius sa
tis scribit de epicuro. Sed ut ait Diocles Epicurus utilissimis ci
bis uitam duxit nam in epistola sua refert Laertius testatũ se
aqua & pane cõtentum dicebat. n. mitte mihi parum casei ne cũ
uoluero cenare pretiosius possim. & sic hmõi uita fuit illius qui
uoluptatem finem posuit non luxuriosoꝝ teste Laertio & quæ
est in gustu sed eam que non dolere animoq; tranquillum esse et
perturbatione uacare. non enim conuiuia non mulieꝝ congres
sus & ceterorum que affert pretiosior mensa luxum uitã ueram
suauemq; gignere: Sed rationem sobriam causasq; perscrutãtem
cur quęq; uel eligenda sint & opiniones expellentẽ animorũq;
perturbationes & hoꝝ oĩm initium maximũq; bonum esse pru
dentiam q̃uis ad philoclem scribens adolescentem formosum se
consumi dicat amabilem & diuinum ingressum & in li. đ finib9
dicat nihil habeo qđ boni intelligam si saporum uoluptates et
quæ ex uenere constãt: & que auribus percipiuntur & que ex
formę uenustate blandiuntur oculis auferam| Socratici ante pe
nates| ante epicurum fuit socrates uir thebanus teste Laertio
diogene & diues et nobilis QVi paupertatis amore quam multũ
dilexit Rem Familiarem Largam et Vrbem donauit Populo
Arbores Plurimas et Fructiferas Spreuit Vnico Contentus

Narcissus diuus

Messalinę exitus

Crocodilus

baculo: quo infirmitatem ſubſtentabat humanam|Croeſi|ꝺ quo ſupra diximus|Perſica regna|reges Perſici omnes ditiſſimi fuere ut omnes libri teſtantur|Diuitie narcyſſi|hic libertus claudii fuit adeo diues ut Suetonio ita ſcribat ſed ante omnes narcyſſum ab epiſtolis & pallantē orationibus quos decreto quoq; ſenatus non prẽmiis modo ingentibus ſed & quæſtoriis prætoriiſq; ornamentis ornari libenter paſſus eſt tãtum prẽterea acquirere & rapere ut querente eo quondam de fiſci exiguitate non abſurde ſit dictum abundaturum ſi a duobus libertis in cõ ſortium reciperetur|Vxorem occidere iuſſus|nam ut Cor. Ta. tradit li.xii.Calpburnia & Cleopatra non niſi ſuadente & inſtante narcyſſo accuſaſſent Meſſalinam Claudius quoq; ueniam dediſſet niſi & idem cum ad eam puniendam incitaſſet & refert Cor. Ta. delinitum iam Claudium dicentemq; ut miſera adeſſ& poſtera die daturum ueniam cum narcyſſus audiſſet prorupiſſe & centurionibus & tribuno denunciaſſe cẽdem exſequerentur & ita iubere principem quamuis contrarium eſſet. Sicq; hẽc Satyro finitur. Vbi exſecranda auaritia nec non Romanorum peruerſitas morum quos imitari filii facile poſſunt damnatur cum eos ad bene beateq; uiuendum componere ſeq; imitãdoſ monſtratis uirtutibus ac prepoſitis preſtare deberent.

¶ P.A.CN.QVirinum Sab.in tertia libri quinti Satyra Expoſitio

Vis neſcit uoluſi|ſuperſtitionem Egyptiacam repreben dit.cum enim homo ad hoc ut deum adoret ut proximũ ſuum ſicut ſeipſum amet creatꝰ ſit Egyptii diuinum cultum uiolant ignorando uerum deum homines quoq; deuorant: QVare Hyeronimus ait.Ve tibi meretrix quę pro deo portẽta ueneraris:& hoc in prologo ſuper uitas patrum. Nam cum Moyſes ꝺ ſeruitute Egypti filios Iſrahel duceret.Pharao rex cum exercitu ſuo perſecutus eſt & in mari rubro ſubmerſus.qꝺ audientes qui remanſerunt deum deputauerunt rem ob quam remanſerunt aut impediti fuerant ut caules &c.igitur|Demens egyptus portenta|nam uſus utilitatiſq; cauſa multa ex animalibus In deorum numero apud Egyptios ſuſcepta ſunt teſte euſebio de ægyptiaca theologia|Crocodilon|hunc quadrupedem nilus gignit crocei coloris a quo dictus ẽ forma draconeta ẽ agit in aquis noctem totã diei uero maiorem partem in humo oua q̃ſi anſerina edit quæ uiciſſim maſ & femina ĩ terra uouẽt & teſte

herodoto hist. ii. hic omnium quas nouimus bestiarum ex mini
mo maximus fit nam pullꝰ nascit̃ iuxta oui quantitat̃ & fit sep
tem & decem cubitoꝝ Plinius quoq; & solinus xx. cubitoꝝ re
periri dicit & q̃diu uiuunt suscipere incremẽta sunt. n. armati
dentibus & unguibus tantaq; superioris partis cutis duritie ut
q̃is tergo percutiatur ictu fortium tormentorum non lędatur
inferior uero cutis teste seneca de questionibus mollis ẽ habet
oculos suis & obtuse in aqua in terra uero acutissime uidet den
tes magnos ad corporis proportionem quos teste apulegio pri
mo de magia in noxio hiatu ad purgandum prebet. et teste
Herodoto menses quatuor magis byemales nil comedit: &
sola bestiarum linguam nó habet. Eusebius quoq; causam q̃re
colant crocodilon reddit dicẽs Crocodillum illis honori esse ai
unt quoniã eius terrore ab arabia atq; Lybię latrones in ægip
tum nare nequeunt. p̃terea quendã de priscis regibus aiunt suo
rum rabiem canum fugientem ad paludem confugisse qui p̃ter
opinionem hominũ a crocodillo susceptus in alteram ripam tra
iectus fuerit| Saturam serpentibus ibim| hanc ut idem eusebi
us inquit ad serpentum locustaq; & eruca interitum utilem di
cunt p̃pterea adorãt & subdit morte puniri solitum si qs ibidẽ
interfecisset. est eĩm magnitudine & figura Ciconię persimilis
teste Strabone colore aũt duplex nã altera similis est altera to
ta nigra huius oẽ triuium Alexandrie plenum ẽ utiliter p̃pter
serpentes & quia omnes macelli imunditias colligit Inutiliter
non quia imunda ẽ & ab imundoꝝ coinquinatióe nec pót arce
ri Itaq; herodotus ait ægiptios lutum manibus tractare Massã
uero panis pedibus| Cercophiteci| ex καρκος cauda & πιθηκ
simia quasi simia caudata dicitur. Vnde Pli. viii. hist. nigris ca
pitibus pilo asinino dissimiles ceteris uoce refert. QVare Mar.
callidus enixas elidere simius hastas Si mihi cauda foret cerro
phiteco eram hic adoratur in ethiopica egyptiaca aqua teste so
lino| Memnonie aues| sempiterno ad sepulchrum Mẽnonis au
rore & titoni filium iuxta Ilium aduolant: hic aũt significat in
ethiopia esse dimidius mẽnon uel statua dimidia q̃ colit̃ & alibi
corpus ibi aũt spũs in aues conuersus erat Solinus similiter in
quit Simii iuxta nylũ frequẽtissimi crocodillis similes sed mo
dica forma & angusta uez ad opem salutarem non qualẽ neces
sarii medentes ex his pocula inficiunt quibus extinguitur uis
uenem| Strabo ait| Abidus olim ciuitas maxima uidetur fuisse

scđa post thebas nunc in ꝑuam habitationē redacta ē & si ut qui
dam uolunt mēnon ab ægyptiis Ismandes đr etiā labyrinthus
mēnoniū erit & eiusdē opus cuius abydensia & thebana nā & ibi
quedam memnonia dicuntur In abydo ut ante dixit est memno
nis regia mirifice structa tota ex lapide sicut labyrinthus & iō
dimidio ait quia in Abydo & labyrintho| Magice chorde| quia
mercurius magicis cantibus teste eusebio saturnios milites ad
uersꝰ celum instruxit QVem & Osyrim uolunt & subdit musicā
adeo dilectam ut secum semper non paruum musicorum nume
rum duceret. Diodorus quoq; siculus ait. Dicitur osyris fuisse
cupidior risus delectariq; solitus musicis & choreis: qua propter
illum musicoꝝ multitudo sequebatur| Vbi| ergo id est in ægyp
to & quia teste Eusebio| Thebarum| urbem ibi centum portaꝝ
condidere Isis & Osyris a quibusdam iouis urbem appellatam
subdit Iuuenalis | Atq; uetus thebe &c. | Solinus etiā ait inter
ægyptias Vrbes numero portarum Nobiles Thebe & subdit
Hinc regio Thebaida ab Edos & ipsa Nobilis olim Memno
nis Regia nunc Osyris Phano exculta| Ceruleos| pisces maris
| Piscem fluminis| quia nemo uiolat Ouidius libro fasti nec uio
lant timidi piscibus ora siri| Canem| Idem Eusebius adorari re
fert quia unacum hominibus uenatus et ad custodiendos hōies
natus ē subdit pręterea in quacunq; domo canis mortuus fuerit
oēs q eā habitāt uniuerso corpe raso magno luctu afficiunt nec
uino aut tritico cæterisq; ad uictum necessariis quæ in ea domo
recōdita fuere uti amplius licet| Nemodia nam| castitatem dicit
quia teste diodoro gēs ē lasciuissima ideoq; orgia & bachanalia
ibi inuēta licet ꝑ| Diana| grecoꝝ religionē possimꝰ intelligere
q̄uis uenus a grecis etiā colat| Porrum & cepe| secundū diodoꝝ
loquit qui ait hec autem ab eis utilitatis causa fuisse ad inuenta
inditium est non nullos cybis quibusdam qui in usu sunt absti
nere nam quidā lentē alii fabam non nulli caseum alii cepe cum
plurimos eiusmodi fructꝰ ferat ęgiptus nequaq̄ edūt & alia mul
ta quę breuitatis gratia omitto de cultu rituq; egyptioꝝ ab ipo
diodoro scripta nā scđm hieronymū pro numibꝰ| Habuere la
natis| diodorus lib. ii. de moribꝰ & legibꝰ egyptioꝝ inqt sed đ
ambulādi quoq; lauādiq; & cū uxore cubādi oīsq; degēdę uitę tp̄s
erat lege p̄stitutū cybo uescebāt simplici quoꝝ mēsę nihil p̄ter
uitulū & anserē inferret nō. n. habet lanā & solinꝰ cum đ india
scribit ait plurimis placet nec aīal occidere nec uesci carnibꝰ sꝫ

Diodorus cauſam reddit triplicem quare animalia colantur alia enim cauſa eſt q̄ dū in pietatem hominum fugientes in hec animalia ſe uerterunt quo terrore eos uicerunt & deinde animalibus quę ſue ſalutis cauſam prebuerunt gratias reddi uoluerunt & docuerunt quo pacto uiua nutrienda eſſent & mortua ſepelliēda Alia cauſa eſt cum ægiptii ueteres apud quos nulla militaris diſciplina erat a uicinis bello ſuperarentur figuras horū animalium duces ferre in bello excogitarūt quas nunc tabulis fictas colunt ut ordinem milites ſecuti uictoriam conſequerētur qua obtēta gratiam hiis animalibus tanq̄ uictorie auctoribus reddi ſtatuerunt Tertia autem cauſa eſt quam Euſebius ut diximus prodidit idemq̄ diodorus ait premente aliquando egiptios fame adeo ut plures ab humana carne propter inopiam cibi non abſtinerent animalia ſacra omnino intacta reliquere & ſubdit apud memphim apim coli apud heliopolim Inuum Apud melanta bircum Crocodillum apud mirida paludem Leonem apud leōtem ciuitatem Strabo quedam animalia ſunt quæ ægyptii uniuerſi colunt quēadmodum ex terreſtribus tria bouem Canē felem Ex uolatilibus Accipitrem atq̄ Ibim ex aquatibus duo lepidotum piſcem & oxirynchum Sunt alia quę quiſq̄ ſeorſum colit ut Saite & thebani ouem latum uero qui piſcis eſt quidē in nilo lato politani lupum lycopolitani cynocephalium hermopolitani Cepum babylonie qui ſunt iuxta memphim cepus faciem habet ſatyro ſimilem ceterā inter canem atq̄ urſum & in ethiopia naſcitur Aquilam thebani leonem leontopolitani Capram & bircum mendeſii. Murem Araneum athribite Item alii aliud |Carnibus humanis| QVia ut Solinus tradit: ſunt qui proximos parentes priuſq̄ annis aut egritudine in maciem eant uelut hoſtias cedunt. Deinde peremptorum uiſcera habēt epulas quod ibi non ſceleris Sed pietatis loco numerant |Vt mendax aretigolus| hoc eſt ſermo qui a rēte uxori alcinoi dirigebatur: Nam cum Vlyſſes narraſſet Polyphemum ſex ex ſotiis deuoraſſe: et Leſtrigonas |deriſoria & mendatia aretæ uidebantur| Vel Aretilogus |id eſt artificioſus in ſermone ab ἀρετη id eſt uirtus ſeu arſ qualis Vliſſes fuit quo uocabulo Porphirio utitur in ſermonibus dicens Plocius Criſpinus Philoſophiæ ſtudioſus fuit & Carmina Scripſit: Sed tamen Garrula ut aretigolus diceretur |Leſtrigonas| Gentes in extremo Italiæ teſte Martiano libro ſexto. Feritate Famoſas humana carne Veſcentes

121

Alcinoi uxor Arethgolus

Lestrigones

quod uerum ostendit Plinius fuisse lib. vii. hist ideoq; Agellius xv. lib. noct. act. p̄stantissimos inq̄t uirtute prudentia uiribus Ionis filios poetę appellauerunt ut sacum & minoa & sarpedona ferocissimos & ĩmanes & alienos ab omni humanitate tamq̄ ei mari genitos neptuni filios dixere ut cyclopa & cercyona & lestrigonas licet pheates non crederent ut hic poeta ostendit | Cyanes & plenos a temp. utres. | potius aliquis inquit hęc omnia crederẽ ab ulysse dicta de cyraneis insulis que inuicẽ ꝯcurrebãt deq; Scylla & | Helpenore | sotio aliisq; | Remigibus | uerbere cyrces insues cõuersis q̄ polyphemũ hominẽ homines ꝯmedisse nec non & lęstrygonas & .n. cyanee insule in põto sunt seu scopuli magis ꝯtrarium bosphoꝝ mille q̄gentis passibus ab europa distãtes teste pomponio & Lucanꝰ lib. ii. ait ut pegasea ratis peteret cum phasidos undas Cyaneas tellus emisit in equora cautes & quia instabiles erãt ait Ouidius primo de tristibꝰ transeat instabiles Strenua cianeas dicebãt quoq; simplecades. i. cõcurrentes sed pro omnibus illis cautibus Iuuenalis hic substãtiue Ciane cyanes declinare uidet Sed orpheus in argonautica αἶχον κυανέαις πέτραις adiectiue dixit narrabat & aliud miraculũ ulisses se ab ęolo | Vtrem | uentis plenum accepisse quorum benefitio prospere nauigaret Sed cum ꝓpinquus patrie esset casuq; dormiret sotii thesauꝝ esse credentes utrem dissoluerunt unde efflantes uenti nauem cum omnibus usq; in ęoliam reduxerunt quod homerus xii. odissee & Ouidius xiiii. meth. & nos in odissea meminimus | Sic aliquis | dixit inquit & merito | Tãq̄ nõ dum ebrius | & qui non | Deduxerit | Temetum de urna corcyreta | nam corcyra in mari Ionio insula est pheacum patria & alcinoi regnum unde corcyretus ta. tum. Mart. Aut corcyreti sunt hec de frondibus horti Sed in aliis codicibus corcirei est | Consule iunco | quidem codices habent | Iunio | & sic. i. uocalis fieret cõsonans gratia uersus ut dicat tito Iunio consule de quo Cortaci. | Super | iuxta | Cocti calide | quia in oriente est & .n. urbs fuit olim in assyria cocton uel coctos dicta a qua coctona fici d̄ nominãt Strabo ait cõmunẽ esse & egiptioꝝ & arabum urbem | Cuntis cothurnis | pro tragediis. i. hiis que in tragoediis narrari solent | A pyrrha | & deucalionis & pyrrhę diluuio quasi a principio mdi uel renouatõe | Combos & tentyra | ciuitates sũt Tentyra plurali numero penultima breui At Ouidius saltus Tentyra petenti dixit penultima lõga sed hoc odiũ diodorus tãgit dicẽs

122

Nam diuersorum finium homines inuicem dissentiunt mutuo
sibi in pietatem cultus obiiciẽtes & subdit a primordio uerbis
conuenientes homines siluestri uita primum carnibus humanis
uescebanturq; inuicem Strabo ait post abydum & diospolim ten
tyrorum ciuitatem esse & illic preter ceteros egyptios supra mo
dum crocodelũ dedecorari & ex omnibus beluis inimicissimum
haberi nam ceteri q̃uis eiꝰ malitiam animalis norint & humano
generi pernitiosum existiment uenerantur tamen & ab eo absti
nent tentyrite omnibus modis id ꝑuestigant atq; occidunt Sũt
& qui dicant sicut psylli apud cyrenaicam regionem naturalem
quandam uim habent contra serpentes sic & tentyritę contra
crocodylos ut nihil ab eis patiant̃ sed intrepide natent & aquã
tranent alio nemine audiente cumq; crocodyli romã allati essent
ut uiderent̃ tentyrite eos sequebantur facta ẽ illis piscina que
dã & foramẽ in uno lateꝝ ut ex aqua in apricum egredi possent
tentyrite aderant qui eos interdum ręte educebant ad solem ut
aspectatoribꝰ uiderent̃ interd̃ in aquam intrantes rursum eos
in piscinam retrahebant colunt autem uenerẽ pone ueneris tẽp
lum est isidis phanum & ideo | Non cedit | ait nam teste eodem
Strabone fossa canopica est quę mansiones habet & secessꝰ quos
dam secretos uiris ac mulieribus suffiri uolẽtibꝰ idoneos quodã
canopicę luxurię initium & subdit canopum distare ab Alexan
dria C. ac xx. stadiis | Septimus | significat festum illud per vii.
dies durare | Turba combi & tẽtyroꝝ | in lasciuia non uincunt̃ a
| Canopo | nam licet | Egyptus horrida | sit tñ in canopo lasciuissi
mi homines gignebant̃ | Blesis uino | in uerbis claudicãtibꝰ uñ
in priapea blęsaq; ligua mea est | Domestica | inter ciues | Saxa di
cit que facile habẽt̃ & in domo Virg. ianq; fates & saxa uolant
| QVali iam turnꝰ | contra eneam | Et aiax | cõtra hectora de quibꝰ
Virg. & homerꝰ | Viuo homero | significat antiquos fortiores fu
isse | Vmbrosæ tentyrapalme | quia abundant palme ibi uñ palme
ta herodis apd̃ hor. in epistolis & porphirio ait herodes in syria
phoenice rex iudeoꝝ ꝑ eius palmeta magnas diuitias significat
| Victrix turba | tentyrensium | Promotheus | qui cum formasset
hominẽ ex creta caucasum ascendit unde ignem solis auferret
& in materiam infunderet | Gratulor o uolusi bythinice | qd̃ nõ
| Violat̃ ignis | Substinuit | ausus fuit rem monstrosam hac carne
humana nam reliquis animalibus abstinet | Vascones | cantabrie
populosaro manis ꝑ metellũ supatos carne humana uesci coactos

Canopica fossa

Blesus

palmetum

Vascone

dicit & nota ē historia. i. hostibꝰ ip̄is romanis | ʒenonis | philoso
phi Cictiēsis ex cipro q̄uis octo ʒenones fuisse legāt̄ sed hic cru
dis cibis utebat̄ uescebat̄q; ficis recentibus & ad solem passis | Cā
taber unde stoicus excusat cantabros qui nullam scientiā didice
re de hiis quę pro uita facienda ʒeno docuit | Vnde stoicus | igit̄
unde habere potest doctrinam quam stoici didicere a ʒenone p̄
mo stoicoꝝ qui fuit post cantabros uel quia nondum fuerat ali
quis stoicus uel propter motus belli non licebat dare operā. nā
re uera cum in porticu Pysianactia dicta discipulos confluētes
doceret qui antea ʒenonii dicebantur ab ip̄a porticu dicti sunt
teste Epicuro in epistolis Siquidem & añ illum teste erathosto
ne poete in illa morantes stoici sunt uocati a quibus multum
incremēti illa appellatio cepit | Gallia | unde supra nutricula cau
sidicoꝝ gallia | Facunda | nam in Lugduno exercebāt̄ cāę | Facū
dia maxima | unde supra aut lugdunēsem | thile | ultima britānię ī
sula ꝑ reliquis posita significat autē nullam tam barbaram nati
onem esse ętate sua quę non doctrinam cōcupiscat Exquo magis
tētyrenses uituperandi sunt excusandiq; cātabri | Saginathus me
otide sæuior ara | excusantur ait nastones quando sagunthini lō
ge crudeliores fuere ab hannibale obsessi substinentes filios ꝑ
prios non alienos ut nastones cōmedere fame cōpulsi potius q̄
fidem romanis datam uiolare | Męotyde | ara nam in thaurica re
gione scythie apud mextim paludem in templo dianæ ara fuit
apud quam homines immolabant̄ peregrini huc Iphigenia a di
ana ducta est huc uenere pylades & orestes propellenda insania
de quo Ouidius de ponto meminit & alii permulti | Tātum imo
lat | ast illi comedebāt | Bisthones | thraces dicūt̄ uel a bistonio stag
no abderę propinquo teste herodoto vii: hist. uel teste lactātio
grāmatico libro secūdo thebaidos a bistone rege | Sauromate | scy
thiæ gētes qbꝰ teste L. floro li. iiii. tanta inest barbaries ut pa
cem non intelligant ideo hos per lentulum prohibere danubio
satis augusto fuit igitur | Thruces | poeta dixit | Agathyrsi etiam
Scythas uocat Herodotus lib. hist. iii. ab agathyrso herculis fi
lio dictos | Inutile uulgus | Tentirensium | Ira atq; fames | quia ꝑ
iram facere qd̄ uix fecissent per famē | Prona | Ouidius meth. p̄
mo pronaq; cum spectent animalia cætera terram os hominū sub
lime dedit celūq; uidere iussit & erectos ad sidera tollere uultus
| Cereris sacerdos | rapta ꝓserpina a plutone ac postq̄ ab arethusa
certior facta ē illā esse apd̄ inferos ruralia substulit instrumenta

123

sed cum luctu publico celebrata redisset fecunditas sacra institu ta athenis nobilissima de quo Augu. de ciuitate dei & Eusebius ergo sacerdos illius iubet nos mala aliena existimare nostra si cut cereris mala fuere atheniensibus &c. | Ruinas animũ quoq; anima | est qua uiuimus | Animus | autem ratione cõplectitur qua intelligimus & omnia facimus | Sed iam serpentum | eadem sen tentia apud Plinium habetur | Aspicimus populos | aegiptios & tentyrenses | Pythagoras | qui carnibus abstinendum necnõ qui busdam leguminibus dixit propter uermes qui in ipsis essent animam habentes quod Ouidius lib. met. notauit cũ dixit heu quantum scelus est in uiscere uiscera condi Congestoq; auidum pinguescere corpore corpus Est ergo finis huius satyrę in qua diuus Iuuenalis uere egyptiorum non modo portenta uerũ mõ strosos mores reserauit ut quod genus humanum incredibile putat ipsi eo scelere polutissimi essent

Anima anim

Pythagoræ cibus

¶ Per. A. CH. QVirinum. SAB. in ultima Iuuenalis Satyra

EXPOSITIO

VIS numerare queat | Siqui sunt hanc satyram Iuue nalis esse non existimantes Seruium legant lib. ęñ. qui uersum unum huius satyrę adducens Iuuenalis eẽ ostendit dicens Expectandus erit qui lites inchoet annus Dirigit ergo hanc ad gallum de commodis militaribꝰ nã cum uersus illos scripsisset QVod non dant proceres &c. & reli qua quę in satyra & spes & ratio sunt & ad aures paridis perue nissent Iuuenalem pręfici militię curauit ac sub specie honoris in extremas ęgypti partes ut moriretur aliquo discrinine mit ti ubi tandem re cognita Iuuenalis langore ductus uitam fini uit. Declarat ergo commoda militiæ ad milites sibi conciliãdos omnesq; abutentes militia reprehendit | Felicis | quia recte ex ercentem felicem facit nam si licet inquit ignaui simus tamen si sidera nos | Prospera | ducent uictores erimus | Fati benigni | bo ni sy deris | Plus ualet inquit plusq̃ | mars deus belli fauet militi bus q̃ si a uenere nos cõmendante litteras accepisset ipsius amica | Et samia genitrix | Iuno ait quare colitur in samo & ei ludi in honorem celebrantur | Genitrix | autem ideo quia cum sine muli eris offitio minerua e capite iouis nasceretur mesta iuno & anxia QVo pacto sine uiri offitio idẽ ipsa facere posset a flora edocta est in campis oleniis florem esse quo tacto repente conciperet

Martis origo

& sic Martem concepit ferocissimum & bellicosum quam rem Naso poeta libro fastorum prodit. Ait ergo, si Inno. commendaret nos etiam non ualerent preces eius quantum ualent syderа | Pulsetur togatus medico nil promittente | de salute oculorum desperante | Bardaicus iudex | qui constituit togatus a milite percussus non audiretur pulsato autem milite togatum capitis truncatione dignum. Similem ergo illi intelligit | Bardaicus | autem hoc est doctus nã ægyptii teste Diodoro poetas bardos appellant. Et nunc ꝺ eius regionis militibus loquitur | Calceus | Miles Calceo punctis armato Vtens de More QVidam Codices habent Bardiacus quo Vocabulo Martialis usus ait. Lassi Bardiacus quod euocati pro habitu & stragulo in quo milites dormire solent sati durosꝫ & immundo ex bircorũ capraꝝq pellibus contexto pilisq; ex quibus cilicia fiebant quibus tegebantur & calcei illis contexti esse poterant uec minus naues illis tegebantur quemadmodum teste Strabone Metellus balleares adnauigans insulas pelles nauium tectis pretendit ut aduersus fundarum iactus tegmina essent quod Virgilio notauit usum in castrorum dicens & miseris uelamina nautis ꝺ quo dximus ante discit ab hirsuta iaculum torquere capella ad fundas enim a puerilibus annis ita baleares exercebantur ut alioquin ne panis quidem pueris exhiberetur nisi funda quicquam prius attingerent utq; magis de balearicis tyronibus intellexisse uideret poeta iaculum discit inquit & Strabo ait fundatores optimos uocitari & egregie exercitus & primos mortalium laticlauum induisse & distinctos ad pugnã erumpere & scutum manu gestare & præustum iaculum raro ferratæ cuspidis hastam ternas circum caput fundas e iuncis compactas gestant quos melã crenas appellent e quibus funes texuntur Vnde & philetas in libro interpretationum hirta inquit uestis sordida rarus limbus inuoluitur & iunceum ornamentum perinde ac iuncis circumcinctis fundas uero aut iunceas aut setis contexras aut neruis gestant uel longioribus habenis uel breuioribus uel mediocribus ad remotiores iactus uel propinquiores uel medios ab hirsuta ergo capella ab hirta ueste id é a tempore quo uestem pellibus caprinis hirsutam accipiunt aut quo fundam setis contextã

gestare incipiunt nã ut dixit non panis illis adhibebatur uiue
bant igitur scabiosis pomis| Grandes surę| militum dicit qui tãq̃
maiores ad sedes iudicum pręponebantur| More camilli.eum di
cit de quo Virgilius referentem signa camyllum dixit & Liui
um lege| Curabitis| dicunt milites| Mutinensis uagelli| hic cau
sidicus de Mutina qui damnare innocentes reosq̃ defendere ad
suum uotum consueuit| Tot caligatos tot milia clauorum| Mili
tum qui calcaria habent & caligas ad maniplares pertinentes.
unde cęsar Callicula dictus est de quo Suetonius| QVis tam pro
cul absit ab urbe| QVis tam inurbanus & stultus & rusticus| QVis
nam| pylades amicus sicut pylades qui apud thauricam mori uolu
it | Vltra molem aggeris| id est in castra: quasi dicat Nemo tam
rusticus & imperitus morum urbis: nemoq̃ adeo amicus ut in ca
stra ad te defendendum contra militem uenire ausit Igitur| La
chrymæ siccentur| hoc est nullam querelam faciamus o Togati
QVia Frustra fiet nemine Nos defendente | Da Testem iu
dex QVem dixerit. | Ordo est Iudex Dixerit da Testem:
QVem subaudi das .| Audeat ille | Iuuenalis dicit Neminem
tam Barba & Grauitate & Morum Virilitate & Sapientia
QVam per Capillos intelligit More Antiquorum Philoso
phorum esse qui| Audeat dicere pugnos| QVos uidit a Milite
dari togato| Paganum| rusticum dicit uel togatum iam tãmq̃ pa
ganum facilius est falsum testimonium pro milite aduersus ciuẽ
q̃ uerum aduersus militem perhibere| Sacramentorum| sacramen
tum species est militię de qua seruius lib. viii. eñ. ubi tria gene
ra distinguit| Sacrum saxum| terminum dicit qđ sacrificium Oui
dius libro fastorum dicit| Libo uetulo| sacrificio a ueteribus in
uento| Cirographa super uacui ligni| quia aliquãdo in ligno fie
bat Vnde est stipulatio aliquando in membrana ponit igitur
pro scriptura de pecunia facta | QVi liteś incobet annus| Pars
anni apta ad liteś contra militem agendas & sic non statim pote
rit. Morem autem Romanum uidetur ostendere. Nam Teste
Seruio Cauśę Non Audiebantur Nisi per Sortem Ordinate
Et Tempore quo agebantur Conueniebant Omnes Vnde Et
Concilium Dicebatur Et ex sorte dierum ordinem accipiebãt
q̃ post dies Triginta. suas causas exequerẽtur hinc Virgilius

Nec uero hę ſine ſorte datæ ſine iudice ſædes dixit & alibi Iuuenalis tetigit ſupra gratia fallacis prætoris uicerit urnam. Dicit ergo hic ſi ciuis indiget actione cauſarum neceſſe eſt expectet tempora quibuſ totiuſ populi & reliquorum aguntur At militis cauſę non expectatis ſortibus & temporibus conuenientibus mox expediuntur ſimiliter Veſpaſianus cum ſeries litium ubiq; maiorem immodum excreuiſſet manētibus antiquis intercapedine iuriſdictionis accedentibus nouis ex conditione tu multuq; temporum ſorte teſte Suetonio elegit per quos rapta bello reſtituerentur quiq; iudicia centumuiralia quibus peragē dis uix ſuffectura litigatorum ætas uidebatur extra ordinē diiudicarent redigerentq; ad breuiſſimum numerum Similiter domitianus extra ordinem ambitioſas centum uirorum ſententias reſcidit cum ius diceret plerunq; in foro pro tribunali. hanc reſciſſionem pro militibus ſeruari poeta oſtendit qui omnium tē pore poterant agere lites nullo ſortium ordine reſpecto uerum ciues oportere expectare etiam totius populi finitas cauſas niſi ſortes eos uocent per quas centū uiri ipſorum ciuium cauſas diiudicarent| Cecilio & fuſco| uſq; ad noctem etiam dicit quo tē pore hii iudices ſtudere uolebant licet| Fuſcum| etiam pictorem dicant diem in tabernis agentem & nocte domum petentē mic turientēq; de cecilio ſupra uidimus. QVidam| Cedicium| habent |Baltheus| corrigia militaris ut ita dicā| Longo ſufflamine litiſ| delatione| Teſtandi militibus ius| nam quatuor modis patrimonium eſt caſtrenſe quaſi caſtrenſe aduentitium & profectitium |Ergo coranum| coranī hereditatem multa in caſtriſ lucrati unū Solinus tāgit dicens Macedonem Coranus inſequitur dux peloponenſiæ multitudinis Cui ſucceſſit perdicas dicit igitur ducem ſimilem illi Alium coranum ſui temporis Martialis libro x. ponit dicens. Centum coranus amphoras aquæ facit. Alium ponit Horatius in ſermonibus dicēs Captatorq; dabit riſus naſica corano & poſtea ait. Forti nubet procera corano & forte idem eſt quem Solinus ponit ſed poeta noſter aliquem ſimilem corano intelligit cui cum eſſet ius teſtandi ut militi de bonis caſtrenſibuſ pater ſenio etiam confectuſ blandiebatur ut ſuſi filii hæreditatem captare poſſet| Captat pater| quia iure habere, non poterat captabat pater| Naſica ſit feliciſſimuſ |Maiora accipiat ſtipendia |Phaleriſ |equorum ornamentiſ ſint leti quaſi phaneriſa φαίνω qđ eſt illuſtro. Luſtrabatur enim equſ

Torquis Torquatus

Vnde Virgilius Primus equũ phaleris insignem uictor habeto dixit & supra poeta ait. Vt phaleris gauderet equs | Omnes | equi uel milites | Et torquibus omnes | De quo Priscianus & Propertius in genere fęminino protulit. Milites autem eo utebantur unde Mallius Torquatus dictus: quia Tribunus militum Gallum prouocatorem occidit. & torquem ei detractum ceruici suæ induit. Et sic Satyrę simul & libri finis habetur in qua breuiter militum commoda aperuit. Vrbanorum uel Paganorum quibus se miscuit: & incommoda magna: cum aduersq; Milites agũt dixit ut ostendat nullum sibi ius in militia seruatum: tanq̃ urbano & infelici sidere se Militarem Prefectum procreatum.

¶ Multa Reuerende domine omisisse uideor quę aliis utilia forte uiderentur In omni hac Iuuenalis expositióe aliis superflua & cognita: Itaq; cum omnibus placere uix aliquis undiq; possit ac satisfacere ipsorum uotis: ueniam mihi dandam spero qui iis morem gerendum censui quorum uota perspecta fuerũt & id quod ignorabant multo ante cognitum in quibus ut erudirem hęc mihi usa sunt scribenda. Paternitati autem tuæ ideo directa sunt quia tempestate nostra studiosiorẽ diligentiorẽq; existimaui neminem quicq; poetarum maiestatem magis coleret & intelligeret mihi nusq̃ usus est. Vale.

.FINIS.

¶ Per. A. CN. QVirinum Sabinum: Paradoxa In Iuuenali. Ad Nicolaum Peroctum Pontificem Syponti̇num finiunt.

¶ Paradoxa hęc super diui Iuuenalis libro In alma Vrbe Roma Impressa sunt totius orbis terrarum Regina olim & Imperatrice arte maxima atq; ingenio dignissimorum Impressorum: Georgii Sachsel de Reichenhal & Bartholomei Golsch de Hohenbart Clericoꝝ. Anno domini Milesimoquadringentesimo septuagesimoquarto. die uero. IX. Mensis Augusti. Pontificatu uero SIXTI diuina ꝓuidentia papę. IIII. anno eius. III.

Sequit tabula folioꝝ et quelibet riga ꝯtinet unũ qnternionẽ.

I. Ad reuerendũ dominum Semper Et ego Indocto
II. Othonem QVos Rito subiungit Protrahere.
III. Cum iam Sed uisceribus Sippi Sidibus In corne.
IIII. Sed nõ Vel amorẽ Placentia Ex uniuerso li. xi.
V. QVodã Sepultũ Facere Eo uocẽ Commodatum.
VI. Non dianam Magna Dignatus Sæuitiam.
VII. Habet Coctam Vt ait Amicus Furibus.
VIII. Domus Est cõtrarioꝝ QVidẽ In uita Et capitis.
IX. Vocant unde Parieti illisa Vero de Nam teste.
X Autem Tanq̃ Virtutem vi. uic. Apud quem.
XI Nouolum Martius Vel moesorum Calligula.
XII. Simie Ait de qua Vi egressum Libidine requi.
XIII. Clitunni Tum in Per A. Racemi Aliter.
XIIII. Herodoto Diodorus Nam diuersoꝝ Sed cũ.

Ad Reuerendú. D. Nicolaum Peroctú Pont. Sypon. per. A. Sabinum Pce. Lau. Paradoxa in Iuuenali finiunt fæliciter.

Tatueram R. D. nec amplio aliquid de Amico scribere Verum quia impellor hoc me addere oportuit. Nam uix paradoxa nostra Impressoribus omissa fuerant cum quidam ex communibus amicis ad me uenerunt suadentes ab incepto desisterem eiusdem amici suasu quanuis non fatentur dicentes ipsum ira percitum dubiumq; esse ne aliquid in me aleret moliretur quamobrem satius putabant inceptum opus deserendum. Ego quoniam hominis ingenium noram & quorsum loquerent intelligebam discedite hinc inquam amicoq; hęc dicite uestro me ipsius minas contemnere Verebatur enim Amicus noster ne opere impresso furta ipsius detegerentur: mox cum uideret me inceptum opus nequaq̃ deserturum cum aliquibus claris uiris loquutus nõ se mihi sed me sibi abstulisse prȩclaras super Iuuenali opiniones asserebat nescius palam fieri omnibus septimum iam agi annum ex quo eadem paradoxa ad te scripseram Itaq; quo nam pacto ei auferre potuissem qui longe anteq̃ ipse suas litteris opiniones meas mandassem & exempla multa extarent. Fateor tamen me a septem annis quibus opus illud confeceram multa mutasse nonnulla adiunxisse ut solent scriptores quæ in manus Amici uenire non potuerunt hinc commentaria eius deprauata diminutaq; apparent Sed esto potuisse fieri ut aliqua abstulerim. Dicat quæso per difficilia loca & infinita & quæ nulli hactenus interpretes aperuerunt & in commentariis eiusdem minime scripta sunt Vnde didicerim? quibus abstulerim? in quibus omnibus locis ab eiusdem interpretatiõe penitus dissentio. Dicat quęso unde didicerim ducentos in eius commentariis reprehendere locos & an sibi abstulerim? QVis Cecropiam solitu batę lassare cocyta me docuit? quis gambre repetita magistros QVis norsia thusto fauisset mihi aperuit? quę cũ innumeris aliis quæ breuitatis gratia nunc obmitto cum antea non scripsissem mihi auferre amicus minime potuit. Taceat ergo & didicisse a me ea omnia fateatur. Sed uideo in cetera eiusdem scripta stringere ensem necesse erit. Minatur enim se magna scripturum Verum ego spero montano e partu ridiculũ murem oriturum. hæc hactenus Paradoxa nostra iam Impressa sunt atq; amici errores ostendunt QVæ si ipse ingratus ꝑtẽnit

Magno pretio æxſtimauit Dominus Ioannes Alouiſius Thuſ canus Vir digniſſimus legibus iuriq; pontificio delitus Et in aduocatorum ſic enim hodie dicunt ordine non minori conten tione q̃ laude adſcitus. Nam quid referam eum poetica faculta te prę ſtātem in qua a teneris unguiculis nutritus multa & prę clara ſcripſit adeo ut ex tempore canens eos qui ipſius carmina ſcribebant defatigaret In Thurcum declamationes factas p eū quis laude non ornet & quæ in Sixti coronatione ſcripſit quis non commendet Epithalamium autem in Vincentium & Ioānā p[illegible]colarum familia ortam per eum ſcriptum quiſ non miretur magna profecto hęc ſunt QVid qđ etiam ſub Franciſco Sforzia Mediolanenſi duce nutritus eſt homine ſolum litteratos exco lente QVid orationem ad Pontificem Pium uirum eloquentiſſi mum commemorem in conuẽtu Mantuano habitam? Profecto non immerito poetę nomen etiam tum puer aſſecutus uidetur. hic Iuuenili ætate litteratos adeo excolit ut ipſorū opera pro priis impenſis imprimi faciat & poſteritati nota facere conet. ¶ Paradoxa autem noſtra imprimi curauit non tā meritis meis ut ego opinor q̃ quia ad te dirigebātur hominem litteratiſſimū Legeris interea in Iuuenali Parodoxa quæ ſi non penitus mẽ tem tuam implebunt Intellexeris tamen non melius ea ſcribi potuiſſe [illegible]oſq; ó ſine ratiõe in eaſdẽ oipniões deſcẽdiſſe Vale.

Ad Reuerendú. D. Nicolaum Peroctú Pont. Sypon. per. A. Sabinum Poe. Lau. Paradoxa in Iuuenali finiunt fæliciter.

Tatueram R. D. nec amplius aliquid de Amico scribere Verum quia impellor hoc me addere oportuit. Nam uix paradoxa nostra Impressoribus ꝯmissa fuerant cum quidam ex communibus amicis ad me uenerunt suadentes ab incepto desisterem eiusdem amici suasu quanuis non fater[illegible] dicentes ipsum ira percitum dubiumq; esse ne aliquid in[illegible] ret moliretur q; quamobrem satius putabant inceptum o[illegible] serendum. Ego quoniam hominis ingenium noram & quoni[illegible] loquerent intelligebam discedite hinc inquam amicoq; hęc dici te uestro me ipsius minas contemnere Verebatur enim Amicus noster ne opere impresso furta ipsius detegerentur: mox cum uideret me inceptum opus nequaq̃ deserturum cum aliquibus claris uiris loqutus nõ se mihi sed me sibi abstulisse pręclaras super Iuuenali opiniones asserebat nescius palam fieri omnibus septimum iam agi annum ex quo eadem paradoxa ad te scripseram Itaq; quo nam pacto ei auferre potuissem qui longe anteq̃ ipse suas litteris opiniones meas mandassem & exempla multa extarent. Fateor tamen me a septem annis quibus opus illud confeceram multa mutasse nonnulla adiunxisse ut solent scriptores quæ in manus Amici uenire non potuerunt hinc commentaria eius deprauata diminutaq; apparent Sed esto potuisse fieri ut aliqua abstulerim. Dicat quæso per difficilia loca & infinita & quæ nulli hactenus interpretes aperuerunt & in commentariis eiusdem minime scripta sunt Vnde didicerim? qbus abstulerim? in quibus omnibus locis ab eiusdem interpretatiõe penitus dissentio. Dicat quęso unde didicerim ducentos in eius commentariis reprehendere locos & an sibi abstulerim? QVis Cecropiam soliti batę lassare cocyta me docuit? quis gambre repetita magistros QVis norsia thusto fauisset mihi aperuit? quę cũ innumeris aliis quæ breuitatis gratia nunc obmitto cum antea non scripsissem mihi auferre amicus minime potuit. Taceat ergo & didicisse a me ea omnia fateatur. Sed uideo in cetera eiusdem scripta stringere ensem necesse erit. Minatur enim se magna scripturum Verum ego spero montano e partu ridiculũ murem oriturum. hæc hactenus Paradoxa nostra iam Impressa sunt atq; amici errores ostendunt QVæ si ipse ingratus ꝯtẽnit

Magno pretio æxſtimauit Dominus Ioannes Alouiſius Thuſ canus Vir digniſſimus legibus iuriq; pontificio deditus Et in aduocatorum ſic enim hodie dicunt ordine non minori contentione q̄ laude adſcitus. Nam quid referam eum poetica facultate prestātem in qua a teneris unguiculis nutritus multa & preclara ſcripſit adeo ut ex tempore canens eos qui ipſius carmina ſcribebant defatigaret In Thurcum declamationes factas p eū [illegible]ude non ornet & quæ in Sixti coronatione ſcripſit quis [illegible]mendet Epithalamium autem in Vincentium & Ioānā [illegible]arum familia ortam per eum ſcriptum quiſ non miretur [illegible]a profecto hec ſunt QVid qđ etiam ſub Franciſco Sforzia Mediolanenſi duce nutritus eſt homine ſolum litteratos excolente QVid orationem ad Pontificem Pium uirum eloquentiſſimum commemorem in conuētu Mantuano habitam? Profecto non immerito poetę nomen etiam tum puer aſſecutus uidetur. hic Iuuenili ætate litteratos adeo excolit ut ipſoruꝫ opera propriis impenſis imprimi faciat & poſteritati nota facere conet̄. ¶ Paradoxa autem noſtra imprimi curauit non tā meritis meis ut ego opinor q̄ quia ad te dirigebātur hominem litteratiſſimū Legeris interea in Iuuenali Parodoxa quæ ſi non penitus mē tem tuam implebunt Intellexeris tamen non melius ea ſcribi potuiſſe noſq; nō ſine ratiōe in eaſdē oipniões deſcēdiſſe Vale.